¶ Sed nunquid oportet ꝙ tantus sit dolor vel pigẽtia vt nollet homo ꝓ toto mũdo vel ꝓ vita obseruanda iterũ mortaliter peccare? Plane dĩ ꝙ sic. eo ꝙ minus bonum semꝑ debet velle amittere ne maius amittat. Deus ẽi in infinitũ maius bonũ est toto mũdo. quẽ tñ amittit̃ in pctõ mortali. Unde si penitẽs ꝓfiteat̃ se eẽ in tali ꝓposito / amplectẽdus est. q2 bene validã habet cõtritionẽ. Si aũt ꝓfiteat̃ se in ambiguo eẽ / vtrum cederet vel sustineret mortẽ anteꝗ̃ peccaret mortaliter adhuc fouẽdus est nõ abijciẽdus. Sufficit eñ aliquo mõ istud ambiguum. Eo ꝙ nullus certus est vtrum cederet vel sustineret. Ut dicit Augu. in li. de virginitate. Sed si ex deliberata conscientia dicat se certum esse ꝙ prius peccaret / ꝗ̃ cederet toti mũdo. vel mortem pateret̃. Istum dicũt non esse cõtritũ. nec vllam recipe remissionẽ peccatorum. eo ꝙ nullã habet cõtritionẽ. Hanc tñ ꝗ̃titateȝ cõtritiõis nõ debet cõfessor exigere vt corã se cõfiteat̃ penitẽs. Sed ꝑ signa debet eam in ipso supponere. Si ita tñ de facto ꝓfiteatur / tenendũ est qd̃ dixi.

An contritionẽ oportear

teat cum tota vita ꝓtendi.

d E excessione contritõis vtrũ videlicet oporteat ipsam cum tota vita ꝓtendi maxime cũ medicina nõ ꝓtendat̃ vltra morbuȝ dubitari põt. Sed dic ꝙ dolor contritõis nõ finit̃ nec finiri debet in hac vita. immo sicut infinita est offensa in peccando. q2 in deũ qui est infinitus. ita exigit̃ vt dolor de offensa ꝓ mõ possibili sit infinitus. vt scȝ eternitatẽ saltẽ vita hoĩs habeat. cũ eternitatem simpl'r habere non possit. Eo ꝙ nemo sit qui semꝑ viuat. Hoc est si in eternũ in hac vita viueret: in eternũ de peccato dolere deberet. Insuꝑ morbus peccati ꝗ̃uis euacuatus sit ꝗ̃tum ad culpã ⁊ reatũ / semper tñ manet ⁊ manere debet ꝗ̃tum ad detestationẽ in memoriaȝ ꝑpetrati delicti. vt dicit Hugo de sancto vic. Cum quo morbo ꝓtẽdit̃ dolor vt eius medicina. qui nõ est curans morbũ p̄teritum. sed p̄seruãs a futuro. ¶ De effectu vo cõtritiõis. ⁊ an in contritiõe deleat̃ peccatũ anteꝗ̃ deueniat ad cõfessionem inuenies in summa Raymundi ti. de pe. di. j. que est de cõtritõe. §. Sequit̃ quis sit effectus. Et. §. q̃liter aũt hoc sit intelligendum.

De secũda parte pe

nitentie. s. de confessione in generali. F

d E cõfessione ⁊ satisfactiõe nõ est opus multa tangere eo ꝙ diffuse de his tractetur in summa Raymundi. Nota tamen quid sit confessio an sit necessaria ad salutem. Et an cadat sub precepto. Et sub q̊. Cui facienda est. Quantum differri possit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

Quid sit confessio in speciali.

Iffinit͂ aūt sic cōfessio. Confes-
d sio est legitima coram sacerdote
peccatoꝝ declaratio. Dicit͂ in
ista diffinitōe peccatorū declara
tio. cōtra illos qui peccata sua celando vel
ea excusando occultant. Dicit͂ peccatoꝝ
cōtra eos qui recitant bona sua in cōfessio
ne. vel qui confitent͂ p abnegationē pecca
torum vt nō sum adulter. nō sum homici
da ꝛ hmōi. Dicit͂ corā sacerdote. s. qui cla-
uem habet ꝛ ptātem soluendi. nō corā q̄li
bet de pplō. Poterit tn̄ in necessitate. vt in
piculo mortis / corā nō sacerdote fieri. Le-
gitima dicit qđ importat oēs conditōnes
que exigunt͂ ad veram cōfessionem. quas
quere in sum. Raymundi tit. de peni. dis.
ij. que est de confessione. §. sequit͂ que sunt
necessaria ad verā cōfessionem.

An cōfessio sit necessaria ad salutem.

Ropter eos qui dicunt cōfessio
p nem nō esse necessariā ad salutē
eo ꝙ nō cadat sub aliquo prece-
pto diuino. Ut patet discurren-
do p̄cepta decalogi. Exodi. xx. Notandū
est ꝛ inuiolabiliter obseruandum / ꝙ absq̄
vocali confessione vel signo qđ loco vocis
sufficiat. nō est salus. dūmodo cōfessor ha
beri possit. Eo ꝙ dicit Amb. Non potest
quis a peccato iustificari / nisi peccatū fue-
rit confessus. Et cōcedendum est ꝙ sub p̄
cepto cadat sicut omne necessarium ad sa-
lutem. ¶ Sed attendendū est aliquid sub
p̄cepto cadere dupliciter. s. vel principaliter
explicite. vel secūdario ꝛ implicite. Primo
modo confessio non cadit sub p̄cepto. Eo
ꝙ nō inueniat͂ expsse in aliquo decem mā-
datorum seu p̄ceptorum. Cadit tn̄ secūda-
rio ꝛ implicite sub p̄cepto. ꝛ dici pōt ꝙ sub
illo p̄cepto. Honora patrem tuum ꝛ ma-
trem tuam. Ubi p̄cipit͂ honor ꝛ obediētia
facienda matri ecclesie. Quia igit͂ ecclesia
statuit ꝛ p̄cepit confessionem homini fieri
Ex consequenti in mandato illo p̄cipi vi-
detur. vt homini fiat confessio. ¶ Ubi aūt
confessio instituta sit ꝛ p̄cipiat͂ ab ecclesia.
Require in summa Raymundi tit. de pe-
ni. di. ij. q̄ est de cōfessione. §. Cui sit.

Cui sit facienda confessio.

Ui aūt facienda sit cōfessio
c in summa p̄dicta Raymūdi dr̄.
Uerumtn̄ breuiter dici pōt ꝙ so-
li ꝓprio sacerdoti est faciēda. qui il
le solus habet ptātem absoluēdi suos sub
ditos. p̄terꝙ in casibus spālibus. s. cū dn̄s
papa vel eps̄ in dyocesi sua / dat ꝓprio sa-
cerdoti adiutores. sicut facit cum transfert
potestatem suam in penitentiarios suos.
vel ordinat aliquos qui p̄dicando / ꝛ exem
plum bone vite dando / moneant populū
et eos quos monuerint audiāt ꝛ absoluāt
Uel cum plebs multa est, ꝛ nō sufficit pro-
prius oēs audire. tunc potest eps̄ dare co-
adiutores. ¶ Sunt ꝛ alij casus. s. cum sa-
cerdos licentiat suum subditum vt alij cō-
fiteat͂. Et credit͂ ꝙ tenet͂ licētiare in seq̄n-
tibus casibus subditos. Et si non licentia
uerit / potest sub ratihabitione alicuius pe
ti. scꝫ cum quis habet indiscretum sacerdo
tem. Item cum ꝓbabiliter credit ꝙ reue-
let cōfessionem suam. Item cum quis for
nicatus fuerit cū filia sorore matre vel con
cubina ꝓprij sacerdotis ꝓpter quod incur
rere credit eius odium si cōfiteat͂ ei. Item
cum ꝓbabiliter credit ꝙ velit inclinare ani
mum confitentis ad consensum mortalis
peccati. Item cum quis occultus hereticꝰ
dep̄henditur. Item ſm aliquos cum pro
priaꝫ ouem cognouerit. In hmōi casibus
peti potest licentia ꝓprij sacerdotis. ne con
temni videatur. Et si non dederit / creditur
vel ꝙ maior adeundus sit. vel aliquibus il
lorum qui a supiore suo vel dn̄o papa po-
tentiam absoluendi acceperunt / confiteri
possit. Eo ꝙ fatuitas iudicaret͂ committe
re se discrimini. p̄sertim cum omnibus cō
tradicentibus possim cauere periculuꝫ in
corpe. Et fatuum esse diceret ꝙ aliquo ca-
su tenerer sequi eum qui me vult p̄cipita-
re in mēte. ¶ Sunt ꝛ alij casus in quibus
nō oportet expectare nec adire ꝓprium sa-
cerdotem. Ut cum quis peccauerit in paro
chia alterius. vbi rōne delicti efficit͂ de iu-
risdictiōe eius in cuius parochia peccauit

Item cum quis mutauerit domicilium: et in alterius parochia habitat. Item si ē vagabundus per terras. Item cum est in in articulo mortis. In quo casu siue habē ti claues ligatas. siue solutas licet cōfiteri. ¶ Sed hic attende ꝙ Raymundus ⁊ alij valde magni dicunt/ ꝙ cum ꝓprius sacer- dos dat suo parochiano licentiā /vbi vo- luerit cōfitendi. oportet illū parochianum aliquē adire habentem generalem ptātem confessionis audiēdi. Eo ꝙ ipse ꝓprius sa cerdos parochianū suum licet possit confi tendo alteri licētiare. Non pōt tñ illū alie- num sacerdotem licentiare ꝙ talem possit confessionem audire. nisi accepta ab ordi- nario ptāte. Et tñ nos passim videmus/ ꝙ plebani assumūt sibi in adiutoriū mul- tos qui nunꝙ licētiati fuerūt ab aliqˢuo or dinario. Unde vult ⁊ scribit mgr̄. vj. de tra no in sūma sua de titulis. ꝙ a iure in ordi- natione data est eis ptās absoluēdi. ⁊ hāc recipit quilibet in sui ordinatiōe. Uñ cum assumunꝫ a plebanis in adiutorium /pñt ſm ipm confessiones audire. Nam cum a iure licētiam habent. nō egent licētia or- dinariorum. ¶ Ceterum de verbo quodā qd̄ dicit ipse. vide trano. ti. de pnīa

de gradibus peccatorū. videlꝫ ꝙ vsus cōtra naturam execrabiliter fit in meretrice sed execrabilius in vxore. Dubitatio oritur apud magnos eo ꝙ ipse vi. ꝑ verbum p̄di ctum videꝫ velle/ ꝙ ille vsus etiam cū vxo- re ꝓpria. semper mortale sit qd̄ aliquibus nō placet. Dicunt em̄ quidā ꝙ ꝓpter neces sitatem vtpote ꝓpter nimiam pinguedinē vel apostema vel vulnus in ventre/ dūmō fieret in debito vase si cognosceret vir vxo rem modo inconsueto. excusabiꝫ vir a pec cato. dūmodo causa ꝓlis hoc fieret. Et vo cant illi vsum contra naturam solum quā do quis nō ea ꝑte corpis vtitur q̄ ad gene- randū instituta est sed alia. Magister Ale xander de Ales dicit ꝙ peccat vir vxorem suam modo brutali cognoscendo: nec ne- cessitas excusat a toto. licet diminuat quā- titatem peccati. Unde grauiter peccaret et vt crediꝫ mortaliter ſm ipm qui sic cogno sceret/ nulla existēte necessitate. Magister Albertus dicit ꝙ nihil eorum q̄ facit mari tus cum vxore/ seruato vase debito/ est ſm se mortale peccatum. sed potest esse signuꝫ concupiscentie mortalis. s. qñ non sufficiat modus quem natura determinat. sed ha- bent modos brutorū animaliū. nulla exi- stente necessitate. Unde ſm ipm qñ alter eorum nimis pinguis est. vel qñ contingit ventrem mulieris apostemari vel impꝑgna ri. ita ꝙ anterius non est membrum appli cabile. tunc causa ꝓlis habende. vel causa reddendi debitum. vel cā fornicatōis vitā de/ nō est ꝓhibendum aliter conuenire. ni si dūtaxat vbi nulla p̄cedente necessitate. sꝫ tm̄ ex libidine fieret. Istud tñ nō expedit pplm̄ scire.

Quantū possit cōfes- sio differri:

q Uantū aūt differri possit cō- fessio/ apd̄ aliq̄s dubitaꝫ. Dicūt em̄ aliqui ꝙ confessio differri pt̄ sine peccato vsqꝫ in tp̄s determi natum. Et ꝙ cōfessionem facere nō sic est p̄ceptum ꝙ oporteat quolibet tempe fieri Sunt qui distinguunt. Quia aut ille qui peccauit nondum est contritus sed manet adhuc in mortali peccato. Et tunc nō con fitere data oportunitate. sicut nō conuerti vel nō conteri. est ei omni hora peccatum. Sed non nouum peccatum. immo aggra uatio prioris. Eo ꝙ diuturnitas sit circū- stantia aggrauans peccatum. Si autē ille qui peccauit iam contritus est. Dic ꝙ tene tur confiteri aliqñ. sed non tunc vel tunc. Et ex p̄cepto ecclesie infra annū iuxta for- mā decretalis. Omnis vtriusqꝫ. Qꝛ si non confiteꝫ/ peccat mortaliter. ꝓpter inobediē tiam factam matris ecclesie. Unde illud p̄ ceptum de confitēdo nō obligat sub pena mortalis. dūmodo fiat infra tp̄us statutū si tñ homo semp conteraꝫ. Sed quid si an te tp̄us sic ad confitendum statutum/ con tingat aliquem anteꝙ cōfiteaꝫ subito mo ri. nec habuerit tp̄s conterēdi de transgres- sione diuini p̄cepti. quo iubeꝫ aliqñ cōfes- sionem facere. eo ꝙ sit morte p̄uētus? Pu ta ꝙ dānaꝫ tanꝙ legis diuine trāsgressor. Eo ꝙ in quo instanti prius fuit soluendo id est potens soluere confessionē. qꝛ potuit confiteri vel dolere ꝙ non fuit confessus. Sed in vltimo instanti iam factus est trās

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

gressor. Hoc tñ nõ intelligat̃ de eo qui ex causa cõfessionem differt. vt. s. habeat confessorẽ discretiorẽ. vel alia vtili cã dũmodo diligentiã apponat vt habeat.

De tercia pte penitẽtie. s. satisfactione.

E satisfactõe breuiter dicẽdum est. Et pmo quid sit. Que eius ptes. An necesse sit ipsaȝ fieri in charitate.

Quid sit satisfactio in speciali.

Jffinit̃ autẽ sic satisfactio ƀm Gregoriũ a mgro in. iiij. li. sniarum. Satisfacere est causas peccatorũ excidere. ⁊ earũ suggestionibus aditum nõ indulgere. Et vocat causas peccati occasiones alliciẽtes ad peccandum. Quarũ quedã ꝓpinque sũt peccato Et he sunt in nostra ptãte vt eas possum⁹ amouere vel excidere. Uerbi gratia. Cena splendida/ cã ꝓpinqua est luxurie. vt Hiere. vj. Saturaui eos ⁊ mechati sũt. Et hãc cãm seu occasionẽ possumus amouere et excidere. Sunt ⁊ alie cause seu occasiones peccati/ remotiores. q̃ in nr̃a ptãte nõ sũt vtputa oblatio talis cene. vel alicuius rei delectabilis oculis cordis nostri vel suggestio dyabolica de tali splẽdida cena. Non est em̃ in nr̃a ptãte arcere dyabolum. quin talia oculis mentis nostre offerat. Occasiones ergo peccatorũ ꝓpinquas debemus excidere. qꝛ in nostra ptãte sunt. Sed occasionibus peccatorum remotioribus si veniant a pte dyaboli. vel carnis vel mundi. nõ debemus cõsentiẽdo aditum indulgere. eo ꝙ in nostra ptãte sit eas non recipere. ¶ Aliter autez diffinit̃ sic. Satisfactio est damni/ vel iniurie illate recõpensatio ƀm iudicium ⁊ ordinẽ iuris.

Quot ⁊ que sint partes satisfactionis.

Atisfactionis aũt ponunt̃ tres ptes. s. oꝛo. elemosyna. ieiuniũ. Que generaliora sunt in satisfactiõe cuiuslibet. Cum em̃ quis peccat/ delinquit in deum. ⁊ cõtra hoc specialiter satisfacit oꝛo. Item delinquit in ecclesiã hoc est in pximum. ⁊ contra hoc specialiter satisfacit elemosyna. Item delinquit in seipm. ⁊ contra hoc spãliter facit ieiuniũ. De quibus illud dr̃. Bona est oratio cum ieiunio ⁊ elemosyna.

An necesse sit confessionem ⁊ satisfactionẽ/ fieri in charitate.

Ltimo querit̃ cã breuitatis de cõfessione ⁊ satisfactione sit̃ vtrũ necesse sit ꝙ fiat in charitate. Et an qui confitet̃ ⁊ satisfacit extra charitatem teneat̃ iterum cõfiteri. ⁊ iteruȝ satisfacere? ¶ Et dicũt hic plures ꝙ vtrũqȝ debȝ fieri in charitate. Et repeti si fiat extra charitatem. ¶ Alij circa vtrũqȝ distinguunt. Et primo de confessione dicunt ꝙ oportet ꝙ fiat in charitate. ex quodã tñ cõsequenti. ita ꝙ oportet ꝙ fiat illud qd̃ statutum est ab ecclesia. Et oportet etiam ꝙ dum fit ꝙ charitas habeatur. qꝛ semp siue confiteamur siue nõ/ nos tenemur habere charitatez. Et sic vt tactũ est/ nos tenemur ex quodã consequẽti confiteri in charitate Sed si fiat extra charitatez nõ optet (vt dicunt) eam repetere. sed solũ satisfacere ⁊ cõfiteri ꝙ cõfitẽdo prius ficti fuerimus. i. extra charitatem. dum tñ idẽ sit prior ⁊ posterior confessor ⁊ memoriã habeat peccatoꝝ confitentis. Alioquin oporteret repetere. qꝛ integra debet esse confessio. Et isti dicti sui ponunt rõnem ꝙ. s. ad hec duo. s. confiteri ⁊ charitatẽ habere/ tenemur diuisim. Nam ꝓpter statutũ ecclesie tenemur cõfiteri siue habeamus charitatẽ siue non. Et silr̃ tenemur habere charitatem siue confiteamur siue nõ. Et ideo p̃t vnũ solui sine alio. Ut gratia exempli. Si teneor ire ad ecclesiã. ⁊ cum hoc teneor tota die esse capatus in ecclesia. Si vado ad ecclesiã sine capa non optet me iterato ire ad ecclesiã. sed solum satisfacere de eo ꝙ non fui tota die in ecclesia capatus. Consilr̃ in proposito ¶ De satisfactione aũt dicunt ꝙ in satisfactione duo sunt cõsiderãda. s. ipsa solutio debiti. ⁊ ipse modus soluendi. ita vt p datum siue factum fiat solutio debiti. ⁊ p modum soluendi placeat solutio. Si aũt per aliquem fiat extra charitatẽ solutio debiti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

puta pene taxate a sacerdote. sicut ieiunare ꝑ annum ⁊ hmōi. dr̃ ꝙ de rigore nō exigit̃ ꝙ iterato reddat/ cum charitatem ⁊ gratiā adeptus fuerit. Sed solum ꝙ illud qđ defuerit in modo. ipse penitendo soluat. Vñ qui tenebat̃ deo iniunctam pniam facere qđ respicit debitum ⁊ cum hoc in charitate ⁊ bene ordinata voluntate facere. qđ respicit modum soluendi debitum soluet sꝫ nō modo debito. oportebit talem cōfiteri ⁊ satisfacere de indebito modo soluēdi. Et tunc erit debita satisfactio. Quia. s. eijcit satisfactum prius q̃tum ad debitum. Nūc vō posterius satisfit q̃tum ad debitū modum. ¶ Reliqua plene tractāt̃ in summa Raymundi ti. de pnīa. ꝓpter qđ multa cā breuitatis transeo.

De sacraméto extreme vnctōnis ⁊ ꝑtinentibus ad ipm.

R Equit̃ aliqua tangere de sacramento vltime vnctionis. Et primo quid sit. De eius institutōne. Quid sit ei⁹ materia. Que forma. Quis debitus minister. Quis eius effectus. Quid hic res. ⁊ quid sacramentū Quis sit pceptibilis huius sacri. Et q̃ ad morbū. Et q̃ ad etatē. De loco vnctōis.

Quid sit extrema vnctio.

d Iffinit̃ aūt sic extrema vnctio a quibusdaꝫ. Extrema vnctio est linitio olei sanctificati. facta ad releuationē vtriusqꝫ infirmitatis. s. mentis ⁊ corpis. Et ponit̃ vnctio extrema ꝓ noīe vnico diffiniti. qđ q̃ non habemus: circūloquimur ꝑ duo. Iste vō terminus linitio qui ponit̃ in diffinitōne sonat in actum vel in passionem q̄ est in suscipiente ipm sacr̃m. sicut cum dr̃. baptism⁹ est tinctio ⁊c̃. Designat̃ tinctio passiua. q̃ intingit̃ baptisatus. Verūtñ si quis totuꝫ esse extreme vnctiōis vellet diffinire. posset ita notificare. Extrema vnctio est sacr̃m ex vnctione infirmis ꝑ oleum sanctificatū facta cōferens infirmis remediū cōtra peccati reliquias. et si expedit alleuiationē ferens corpis infirmitatis.

De eius institutione

q Uando aūt ⁊ vbi sit hoc sacr̃m institutū ē duplex opinio. Vna dicit ab aptīs hoc sacr̃m esse institutum/ que videt̃ confirmari ꝑ glosam sup illud Marci. vj. Vngebant oleo multos egrotos ⁊ sanabantur. Que glosa sic dicit. Ab apostolis patet hūc morem esse traditū vt energumini ⁊ alij egroti/ certo loco vngant̃. oleo a pontifice consecrato. Scđm hoc ergo dicendum est ꝙ apostoli a deo inspirati. diuina autoritate et voluntate instituere potuerunt istud sacramentum. immo ipse deus in ipsis. licet forsan tunc non vngerent modo et forma qua nunc ſm ordinationem ecclesie fit vnctio. Sed forsan ad tempus istam formaꝫ ex causa nō seruauerūt. sicut ipsi (vt supra tactum est) ad tp̄us ex causa rōnabili formam baptismi mutauerunt. vt. s. baptisarent in noīe xp̄i. Alij volūt ꝙ istud sacr̃m xp̄s ꝑ se instituerit quoniam iuxta preallegatum capitulū. vj. Marci. Narrato quomodo xp̄s suos misit discipulos ad predicandum statim sequit̃. Et exeuntes predicabant vt pniam agerent ⁊ demonia multa eijciebāt ⁊ vngebāt oleo mltos egros. ⁊ sanabāt̃. qđ nō credit̃ sine institutōne dn̄i fuisse. Nec simile est de immutatōe baptismi. quia aliud est mutare formam sacri. et aliud instituere totum sacramētum de nouo celebrandum. Nam ⁊ forte nunc ꝑ ecclesie autoritatem aut aliquam sibi dataꝫ inspirationē sicut apostoli habuerunt/ possent aliqua ad tp̄s iusta de causa circa formam alicuius sacramēti immutari. sed totum sacr̃m instituere/ nullus posset vt credit̃. nisi solus deus.

Que sit materia sacramenti extreme vnctionis.

m Ateria huius sacramēti est oleum simplex ab ep̄o bn̄dictum sine alterius rei admixtione. Cū em̄ oleum significet nitorem cōsciē ⁊ balsamū suauitatē fame. ⁊ moriturus maxīe indiget nitore ɔsciē ⁊ nō multū suauitate fame/ apparet ꝙ morituri simplici oleo cōueniēter ꝑunguntur. Non crismate

quod compositum est ex balsamo et oleo. ¶ Et quoniam in exitu constitutus indiget gratia sanante. non tamen cor sed etiam alia membra quibus abusus est/ indiget non tantum unctione cordis. sed etiam aliorum membrorum quibus maxime peccavit. ut sicut trina mersio in baptismo signat submersionem trium peccatorum que in mundo regnant. s. concupiscentie carnis. concupiscentie oculorum et superbie vite. Sic hic multiplex inunctio signat eliminationem ex divina misericordia membrorum singulorum.

Que sit forma huius sacramenti.

De forma autem sciendum est quod sicut forma aliorum sacramentorum consistit in sermone et opere ut baptismus in verbis illis. baptiso te etc. Et in opere. s. in mersione baptisati. et sic de alijs sacris. Sic huius sacri forma consistit in opere et sermone. In opere quidem in illa. s. signatione membrorum in forma crucis. In sermone vero in prolatione horum verborum. Per istam suavissimam unctionem et suam piissimam misericordiam dimittat tibi deus quicquid per visum peccasti. Et sic de ceteris membris. Nec iteratur ista forma super eandem materiam per replicationem verborum. quia non omnino sunt eadem verba. ut patet licet in parte eadem esse videantur. ¶ Sed cum multiplex sit unctio et multiplex verborum prolatio quia ad singula membra singule fiunt unctiones. et propria verba dicuntur. Nunquid ad inunctionem oculorum dimittuntur eorum peccata. Et similiter ad alias inunctiones aliorum membrorum/ alia eorum peccata. vel an omnia peccata simul dimittantur. Dicitur quod omnes alie ille inunctiones licet fiant diversis temporibus/ tamen pro eodem tempore. s. pro ultimo instanti prolationis et complete inunctionis facte censentur: sicut in simili dictum est supra in consecratione eucharistie. Nam sic hic est tunc enim omnia peccata simul dimittuntur. s. in ultimo instanti totius inunctionis et prolationis verborum pro quo fiunt omnes inunctiones.

Quis sit debitus minister in sacro extreme unctionis

De ministro autem hoc est tenendum quod solus sacerdos potest hoc sacramentum conferre. et solus episcopus hoc oleum consecrare. Quod patet tum ex autoritate beati Jacobi qui in sua canonica ca. ulti. dicit. Infirmatur aliquis in vobis inducat presbyteros ecclesie. et orent super eum. ungentes eum oleo in nomine domini etc. Tum quia istud sacramentum consummativum est penitentie. Et ideo pertinet ad claves que solis sacerdotibus conferuntur.

Quis sit effectus istius sacramenti.

Effectus autem huius sacri secundum magistrum in li. sent. ponitur duplex scilicet sanatio corporis et spiritus. ut sicut homo ex duobus constat. scilicet ex corpore et anima. Ita sit effectus huius sacri sanatio utriusque. sed principalius mentis. quia iste effectus semper sequitur in vere penitente. Et ista sanitas mentis/ in duobus consistit. scilicet in peccatorum remissione. et in virtutum ampliatione.

Quid hic res et quid sacramentum sit.

Deinque ut sciatis quid sit hic res et quid sacramentum. Notandum quod secundum quosdam sacramentum hic est ipse usus olei. sive consignatio cum oleo. Res autem/ est ipsa gratia spiritussancti. que dicto modo efficit sanationem mentis. et etiam quandoque corporis. quando. s. expediens fuerit. ¶ Secundum alios autem/ sacramentum est ipsum oleum. Res autem/ gratia spiritussancti etc. Est autem invenire inter illa plurimam similitudinem. quia gratia spiritussancti ad modum olei levitiva est morbi spiritualis. letificat etiam et consolatur ab hac vita exeuntem. Unde in psalmo. Ut exhilaret faciem in oleo. i. mentem que facies interior est in oleo extreme unctionis. Et panis. i. eucharistia. que inunctis exhibetur cor hominis confirmet.

Quis sit perceptibilis huius sacri.

Quis autem perceptibilis sit huius sacramenti. Dicitur quod non omni morbo vexatus sed solum morbo graviori in quo timetur periculum mortis. Tamen quia omnis egritudo corporis crescendo potest reducere hominem ad obitum/ in om

ni morbo cum cepit imminere periculum mortis poterit istud sacr̄m dari. ¶ Sꝫ nūquid paruuli ꝛ ignorātes ꝛ amētes pñt inungi? Dicitur ꝙ nō. Cum eñ hoc sacr̄m nō debeat dari nō cognoscentibus. ꝛ non postulantibus ip̄m. Tales aūt sunt puuli ꝛ ignorantes. qui oīno vsum rōnis amiserunt. Et furiosi nisi habuerint dilucida internalla. Dicit̄ ꝙ hmōi inungendi non sunt. Posset eñ esse ꝑiculū tam in irreuerētia ꝙ etiā in immundicijs q̄ hmōi hoīes cōcomitant̄. Si tñ furiosi habuerint lucida internalla possent in illis internallis inungi si immineret ꝑiculū mortis.

De loco vnctionis.

d E locis aūt vnctionis est variatio apud diuersas ecclīas. Hoc tñ semꝑ tenendū est ꝙ loca quinqꝫ sensuum principal'r inungenda sunt sicut oculi. aures. nares. pedes. et man9. Quidā aūt addūt pectus ꝛ renes. ꝛ vmbilicū in quib9 delectatio est venerea lꝫ nō oporteat. ¶ Sed vbi inūgēdi sunt mutilati? Dicit̄ ꝙ in loco mutilatiōis. q2 licet mēbro careant. non tñ carent potētia qua complet̄ actus peccati ab intra. licet nō ab ex̄. Et iō vt expiet̄ pcm̄ cū mēbrū nō supsit. in loco incisionis vel in loco illi mēbro maxime vicino / inungendus est.

De sacramento ordinis ꝛ ꝑtinētibus ad ip̄m in generali.

i IN sacro ordinis primo occurrit dicendū. Quid sit ordo. Quid ibi ꝓ materia. ꝛ quid ꝓ forma. Quot sunt gradus et sufficientia eorū. Quot sunt de necessitate huius sacri. Qui ordines sacri. ꝛ quare sic dicant̄?

Quid sit ordo et quō diffinit̄.

d Diffinit̄ aūt sic a mgr̄o in li. sen. Ordo est signaculū quoddā sacrū. q̄ spūalis ptās tradit̄ ordinato ꝛ officiū. Itē quidā antiquorū mgr̄orum ita diffiniūt. Ordo est sacr̄m spūalis ptātis ad aliqđ officium in ecclesia ordinatum.

Quid in sacramento ordinis sit materia. Et quid res sacri.

q Quid aūt sit hic ꝓ materia et qđ ꝓ re sacri? ꝛ a quibusdā dr̄ ꝙ sicut in baptismo / tria sunt. Unū scꝫ qđ tm̄ est sacr̄m. s. aqua vel tinctio cū verbo. Et aliud qđ est res tm̄. s. remissio peccati. vel collatio gr̄e. Et terciū qđ est res et sacr̄m. s. caracter baptismalis. Sic hic est aliquid qđ est sacr̄m tm̄. s. illa signa visibilia cum verbis. quibus spūalis ptās tradi ōndit̄. Ut in hostiarijs traditō clauiū cū verbis ad hoc ꝑtinentibus. In lectoribus traditio libri ꝓphetarū cum verbis ad hoc institutis. ꝛ sic de alijs. Et aliquid qđ est res tm̄. s. gr̄a spūssancti infusa vel ptās spūalis. Est ꝛ aliquid qđ ē sacr̄m et res. s. caracter qui imprimit̄. Alij ponūt duo priora ꝓ sacro ꝛ re. ¶ Sed tunc circa hoc orit̄ dubiū cū dicat̄ ꝙ h° sacr̄m sit aliqđ sacratū signū exterius cū verbis ad h° ordinatū. Et in quibusdā ordinibus sicut in sacerdotio sit ꝓ sacro impositio manuum cū forma verborū. An si ab vno verba ꝓferant̄ et ab alio manus imponat̄ ordo conferat̄. Et patet ꝙ nō. Ut in decreto di. xxiij. c. q̄rūdā clericorū ꝛ ex textu ꝛ ex glosa.

Quot sunt ordinum gradus ꝛ vñ eorū numerus ꝛ sufficiētia.

q Quot aūt sint ordinū gradus dicit mgr̄ in. iiij. sen. ꝙ sunt septē. scꝫ hostiariatus. lectoris. exorciste. acoliti. subdyaconi. dyaconi et p̄sbyteri. Quorū est cōficere corpus xp̄i qđ est excellentissimū officiorū humanoꝝ Et ideo supra sacerdotiū nō est ordo superior. imo nec ep̄atus nec archiepiscopatus ¶ Quorū numerū ꝛ sufficientiam sic poteris accipe. Ordinū vnus est sup̄mus ꝛ pncipalis. s. sacerdotiū. Alij secūdarij ꝛ huic deseruientes. Sup̄mus ordo duos habet actus. s. principalē qui est cōficere corpus xp̄i. Et secūdariū qui est pplm̄ p̄parare vt idonee cōicet. Secundarij aūt ordines vt huic sup̄mo ordini deseruiētes. Aut deseruiunt ei q̄ ad actū suū principalē aut q̄ ad actū suū secūdariū. Si quo ad actum suū principalē qui est cōficere corpus xp̄i tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

est ptās sup hostias ex quibus cōficiat̄ corpus xpi. Et hoc pōt esse dupliciter. Quia aut in cōpatiōe q̄ ad pplm qui eas offerūt tēplo. Et sic ē ordo subdyaconatus. Subdyaconi eni̅ interest accipe hostias a pplo et reponere in p̄sbyterio. vt ipsas ministrari possit dyacono. vt dicit Isid. Aut est potestas sup hostias in cōpatione quo ad sacerdotē. ꝛ sic est ordo dyaconatus cuius ē hostias oblatas ponere sup altare ꝛ ordinare vt eas ibi cōsecret sacerdos. Si aūt est ordo deseruiēs sacerdotio q̄ ad actū suū secūdariū. s. ad p̄parandū pplm/ tunc aut deseruit ei in amouēdo malū. aut in ordine ad bonū. Si primo mō: tunc iterū cōtingit hᵒ dupliciter. s. aut amouēdo malū qđ est ab extra. ꝛ sic est ordo hostiariorū quorū officiū est indignos et viles excludere. ne violent locū cōionis fidelium. aut amouēdo malū qđ est ab intra. ꝛ tunc est ordo exorcistarū quorū est arcere vim demonis p adiuratōes ne impediat pceptionē sacrorum Si aūt ordo deseruit sacerdotio in ordine ad bonū. tunc pōt esse duplr. Aut ex parte intellectus ꝛ tunc est ordo lectorū quorꝫ officiū est legere apte ꝛ distincte ad illuminationē intellectus. Aut ex pte affectus. ꝛ tunc est ordo ceroferariorū qui in signum ignis spūalis accendendi in cordibus nostris cereos flamiferos deferūt. Et hi sunt acoliti. Acolitus eni̅ grece ceroferarius dr̄ latine. ¶ Alij volūt ꝙ nouē sūt ordīes ī ecclesia militāte sicut sūt nouē ordines angelorū in ecclesia triumphante. Et ꝫm quosdam illorū/ epatus ꝛ archiepatus cōstituunt duos gradus. qui additi septē p̄cedentibus faciūt nouē. Scđm alios corona est primus ordo ꝛ epatus vltimus. ꝛ sic fiunt nouē cū septē p̄noīatis. Sed prior sniā potior est in cōspectu modernorū.

Quot et que sunt de necessitate huius sacri.

A s Equit̄ dicere quot ꝛ q̄ sūt de necessitate huius sacri. Et dicit̄ ꝙ sex p̄cipue. s. sexus virilis. Vn̄ mulier nō est susceptibilis ordinis. Itē p̄cedens baptismus qui etiaꝫ est fundamentū ceterorū sacrorū excepto coniugio. Vn̄ si aliquis non baptisatus ordinaret̄/ nihil recipet. vnde opteret post baptismū si vellet aliquē ordinē exequi ꝙ iterum ordinaret̄. ¶ Item ptās ordinantis. quia qui nō ē eps ordines cōferre nō pt. Itē intentio recta. vt. s. ordinās intēdat facere qđ facit ecclesia ꝛ silr ordinādus ꝫm q̄sdā Item materia seu sacrm̄ vt traditio libri ꝛ similiū cū forma verborū. Itē tp̄s seu etas ꝫm aliq̄s qm̄ si puulus ordinet̄ etiā p̄cedētibus alijs gradibus nihil recipet cuꝫ ꝫm eos in hoc sacro exigat̄ tam intētio recipiē tis ordinē ꝙ cōferentis. Paruulus aūt quia nō habet vsum liberi arbitrij nō habꝫ intētionē. Alij volūt ꝙ etas sit de cōgruitate ꝛ nō de necessitate huius sacri. Et iđ in p̄dicto casu puulus ꝫm eos recipit caractereꝫ nec ꝫm eos est reordinādꝰ. Frater Albertꝰ vult ꝙ in alijs ordinibus/ etas sit de ꝯgruitate. sꝫ ꝙ in vltimo ordine qui est sacerdotiū ē de necessitate. Vn̄ plane vult ꝙ ordo sacerdotij nō possit puulo cōferri. Itē ieiuniū ꝫm aliq̄s. eo ꝙ ꝫm eos pransus nō ꝯferret ordinē nec suscipet. Alij fere oēs volūt cōtrariū. ¶ Multa p̄terea sūt de honestate ꝛ ꝯgruitate tam ex pte cōferentiū ordīes ꝙ ex pte tp̄is. que repies exp̄sse in summa Ray. li. iij. in prin. ꝛ cōsequenter.

Qui ordines sunt sacri ꝛ quare sacri dicunt̄.

p Ostremo notandū ꝙ licet oēs p̄dicti septē gradus sacri sint. q̄tuor tn̄ primi minores ordines/ nō dicūt̄ sacri. sꝫ solū tres maiores. s. ordo subdyaconatus. ordo dyaconatus. ꝛ ordo p̄sbyteratus. Et hoc ꝓpter dignitatē q̄ induat̄ ministrātibus in tribus maioribus ordinibus optet eni̅ eos vouere cōtinentiā vel simplr vel ꝫm tp̄s. Simpliciter in tota ecclesia occidētali. vbi non dant̄ isti tres ordines/ nisi vouētibus ipso facto ppetuā castitatē. Scđm tp̄s vt in orientali ecclesia. vbi qui in matrimonio ordinem recipiūt/ in mrimonio pmanēt. Sed tn̄/ cū ministrāt/ abstinēt ab vxoribus. Insup illis mortuis/ al's ducere nō p̄nt.

De sacramento coniugi ꝛ ptinentibus ad ipm.

d E ſacro ꝯiugij nō multa neceſſe ē hic dicere eo ꝙ in ſumma Ray. li. iiij· de hoc ſacro ſufficiēter tractet̄. Sunt q̄daʒ tm̄ q̄ ibidē nō tangunt̄ de q̄bus hic aliq̄ breuit̄ memorāda ſunt viʒ. An iſtud ſacrm̄ ſicut alia ſacra ꝯferat gratiā ⁊ efficiat qđ figurat Quis ſit eius effectus. An opus cōiugale poſſit fieri ſine pctō. An debeat reddi debitū ꝯiugale tpe ipͦgnatōnis. Itē an debeat reddi tpe ⁊ loco ſacro. Itē an ſemp debeat reddi cū petit̄. Quid hic ſit materia et forma · ⁊ quid res ⁊ ſacrm̄.

An ſacramentū cōiugij cōferat gratiā ⁊ efficiat qđ figurat.

p Reſuppoſito ꝙ matrimoniū eſt viri ⁊ mulieris ꝯiūctio legitima indiuiduā vite ꝯſuetudinē retinēs. q̄ diffinitio dat̄ ſm naturā optime inſtitutā. q2 tunc vna et pura fuit. Pretermiſſo etiā tractatu de cā inſtitutōis huius ſacri. ⁊ vbi inſtitutū fuit. ⁊ q̄ pn̄t cōtrahere ⁊ q̄ nō cū aliquibus alijs circa hoc ſacrm̄ neceſſarijs. que expſſe li. iiij. ſumme Ray. inuenies. nunc q̄rendū venit an hoc ſacrm̄ ſicut alia cōfert gratiā ⁊ efficiat qđ figurat. Ubi triplex cadit opinio. ¶ Prima dicit ꝙ nō ꝯfert aliquā gratiā ſed cum alia ſacra ſignificēt gratiā ⁊ ꝯferāt. iſtud tm̄ ſignat gratiā ſed non ꝯfert. Hec eſt opinio mgr̄i in li. ſen. ⁊ ppoſiti antiſyodorē. ¶ Secūda opinio dicit ꝙ ꝯfert gratiā. ſ. receſſuʒ a pctō. nō tn̄ in ordine ad bonū. Et dicūt ꝙ gr̄a illa ē/ꝙ virtute huius ſacri mitigat̄ ꝯcupiā. ne ferueat vltra nuptiarū boneſtatē. Et hec opinio ꝓbabilior videt̄. ¶ Tercia ⁊ ſatis pitorū opinio ē ꝙ ꝯfert gratiā et in ordine ad bonū. Nō q̄dē generat̄r ſe ad bonū hoc tm̄. qđ dʒ facere cōiugatus. Et iſtud bonū ē vt fideliter ꝯiugi aſſiſtat. opa ſua illi cōicet. plem ſuſceptā religioſe nutriat ⁊ hmōi. Et ſm hoc pʒ ꝙ efficit gratiā quā figurat. ſed non oēm quā figurat ſicut nec oportet. Figurat quippe cōiunctioneʒ fidelis aīe cū xpo. q̄ quidē eſt effectus eius nō contentus quidē ſed ſignificatus.

Quid ſit eius effectus

e X pmiſſis igit̄ habes ꝙ duplex eſt effectus mr̄imonij. Unus. ſ. nō ꝯtentus ſed tm̄ ſignificat᷒. ſ. ꝯiunctio fidelis aīe cū xpo. Alius cōtētus ⁊ ſignificatus. gr̄a. ſ. q̄ mitigat̄ fomes ⁊ qua fideliter cōiugi aſſiſtit̄.

An amplexus matrimonialis poſſit fieri ſine peccato.

v Trū autē fieri poſſit amplexus mr̄imonialis ſine pctō vel meritorie/poſt hec venit dicēdū. Et dr̄ ꝙ cāe q̄tuor pcipue ſunt ꝓpt̄ q̄s fit ꝯmixtio ꝯiugalis. Aut eñ fit cā ſuſcipiēde ꝓlis. ⁊ hoc duplr̄. Aut. ſ. ad cultū diuinū ampliādū. ⁊ hec cā ſic cogſcēdi vxorem/ab oī pctō excuſat ⁊ reddat opus meritoriū. dūmō iſta intētio an̄ finē opis per delectationē nō corrūpat̄. Uel fit cā ꝓlis: vt. ſ. habeat̄ ſucceſſor hereditatis. ⁊ hec cā nō excuſat a veniali ſed a mortali. Aut fit cā reddēdi debitū. ⁊ hec cā excuſat a culpa et ſm aliq̄s meret̄ ſic faciēs. dū tn̄ iſta intētio/p inordinatā voluptatē ante finē opis nō ſupplātet̄. Aut fit cā fornicatōis vitande ⁊ hec cā excuſat a mortali. Aut fit cā exaturāde libidis. ⁊ hec cā nō excuſat a mortali. Uel ſm alios in hoc vltīo caſu diſtingue. q2 aut illa libido cā cui᷒ exaturande fit ꝯmixtio cōiugalis/tm̄ repſſa erat ꝙ eā nollet alter ꝯiugū cū alio vl̄ alia explere. ⁊ tūc dicūt ꝙ adhuc ē pctm̄ veniale. Aut intm̄ creuerat illa libido vt indifferēter vellet q̄s eam ſiue cū ſua ſiue cū non ſua explere. Et tunc dicunt eſſe mortale peccatū.

An tpe impͦgnatiōis debeat reddi debitū cōiugale.

d E tpe impͦgnatōis dr̄ ꝙ propter piculū nō dʒ i tpe impͦgnationis vxor cognoſci. Un̄ ſi vir eo tpe moueat̄ ad coitū. dʒ rōe/talē motū ꝓpter timorē pdicti piculi/refrenare. maxime q̄tuor pmis menſibus. Si tn̄ vir vxorē dicto tpe cognouerit/nō ꝓpter hoc peccat mortalr̄. Uerū etiā q2 mulier illo tpe maxime coitum vt frequēter appetit ſi ipſa petat ⁊ ipſe vir exactus reddat ſic reddens leuius peccat. exigens vͦo grauius. vterqʒ tn̄ venialiter tm̄.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

An tpe ⁊ loco sacris debeat reddi debitum.

E tpe sacro silr dr̄/ꝙ tēpe q̄dra-
d gesime ⁊ quatuoꝛ tempoꝛū ⁊ ro
gationū ⁊ p̄cipuarū solennitatū
nō debet alter coniugū debitū
petere. Si tñ petierit cum pigentia tñ ani-
mi ꝙ sine cōiugij vsu esse nō possit/venia-
liter peccat. Si aūt alter petierit/reddat. ex
actu tñ iusticie ⁊ fide thori excusat̄ a pecca
to nisi in his casibus p̄ter tempoꝛꝫ hmōi
solēnitatē aliquid iuxta distinctiōes supra
positas grauius incideret qd̄ pctm̄ aggra-
uaret. ¶ Sed secus est de loco vt volūt ali
qui ꝙ. s. nō tenent̄ in loco sacro reddere de
bitum si aliquis alius locus haberi possit
Si autem alius locus non possit haberi.
vt cōtingit in tpe guerre vbi multis nocti
bus in locis sacris iacēt viri cum vxoꝛibus
suis. tunc si alter coniugū soluat exactus.
habens de hoc doloꝛem coꝛdis/peccat tñ
venialiter: immo si erigat cum planctu et
pigentia qd̄ sine vsu cōiugij esse nō potest.
nō credūt multi ꝙ peccat moꝛtalr̄. ¶ Nec
credas ꝙ tunc cōtaminet̄ locus ita ꝙ recō
ciliatōe indigeat. qꝛ cōtaminatio sacri loci
distinguit̄ duplr̄. Una q̄ ꝓcedit ex in con
gruitate operis. qd̄ fit in ip̄o respectu dicti
opis in se. Et alia q̄ ꝓcedit ex in cōgruita-
te opis nō quo ad se. sed quo ad cōsecratio
nem seu actum ipsius loci in quo fit. Naꝫ
illa q̄ ꝓcedit ex incōgruitate respectu loci
tm̄ ⁊ nō opis in se/nō cōtaminat locū in-
tantū ꝙ indigeat recōciliatōe. Sed illa vo
q̄ ꝓcedit ex incongruitate ad sanctificatio
nem loci/respectu operis in se vt est in ma
gnis facinoꝛibus. sicut in stupꝛo adulterio
homicidio ⁊ hmōi. et hec locū cōtaminat
intantū ꝙ recōciliatōe indiget maxime re-
spectu aliq̊rū facinoꝛū vbi sunt manifesta.

An semp debeat reddi debitum cōiugale cum petit̄.

E solutiōe aūt debiti cōiugalis
d hoc tenēt aliqui ꝙ omni tpe pe-
tenti debitū est reddendum ſm
opoꝛtunitateꝫ loci. Qd̄ ideo dr̄
qꝛ ille actus/verecundiā quandā habet si-
bi annexā. Unde nō optet ꝙ soluat̄ in pu
blico. sed in omni hoꝛa omniqꝫ dimisso ne
gocio. si scit alterū esse in ꝑiculosa ꝯcupiscē
tia. tenet̄ captare secretū cubile ⁊ debitum
reddere. ¶ Alij distinguūt ꝙ sicut in p̄ce-
ptis affirmatiuis semp ad ea tenet̄ sed nō
ꝓ semp. vt verbi gratia. Semp teneoꝛ ho-
noꝛare parentes meos/sed nō ꝓ semp sed
solum ꝓ loco ⁊ tpe. Ita hic vt dicūt quis
ad semp tenet̄ reddere debitū. sed nō tene-
tur ꝓ semp. sed solū cū opoꝛtunitas loci ⁊
tpis hoc exegerit. ¶ Et nota duos versus
qui determināt quiqꝫ casus. in quibus qs
pōt reddere debitū sine peccato sed nō pe-
tere. Festa sacerqꝫ locus ieiunia menstrua
partus. Si petis his peccas reddis qn̄qꝫ li
center.

Quid sit materia ⁊ qd forma in sacro coniugij.

Uid aūt sit materia ⁊ quid foꝛ-
q ma. dr̄ ꝙ materia sunt/legitime
ꝑsone/in potētia cōmixtionis se
xuū existētes. ¶ Circa qd̄ mul-
ti difficiles et diuersi casus occurrunt hoc
sacrm̄ matrimonij impediētes qui sufficiē
ter in summa Raymūdi determinant̄. q̄re
re hic cā breuitatis nō expꝛimunt̄. sed solū
ꝓ quadā cōpendiosa annotatōe. ponunt̄
sex versus seq̄ntes. Ecclesie vetitū necnō
tps̄ feriatū. Impediunt fieri. ꝑmittunt fa-
cta teneri. Erroꝛ. conditio. votum. cogna-
tio. crimen. Cultus disparitas. vis. oꝛdo.
ligamen. honestas. Si sis affinis si foꝛte
coire nequibis. Hec socianda vetant con
nubia iuncta retractant. ¶ Foꝛma aūt est
consensus ꝑ verba exp̄ssus. vt accipio te in
meam ⁊c̄. vl' hmōi. Scd̄m alios cōsensus
animoꝛū est materia in cōiugio. foꝛma au
tem est debita verboꝛū ꝓlatoꝛū foꝛma. scꝫ
Accipio te in meā ⁊c̄. ¶ Sed nunquid et
iste cōsensus debeat ferri ⁊ esse ad carnaleꝫ
copulā. Et dicit mgr̄ in libꝛo sn̄iarū ꝙ nō
in carnalē copulā nec in cohabitationē coꝛ
poꝛalē sed in societatē cōiugalem. qd̄ sic ex
ponit̄ hoc est in carnale debitum. nō in car
nalem actum. ¶ Nec obstat illud de ma-
trimonio beate virginis q̄ ſm beatū Au-
gusti. ita in matrimonio cōsensit ꝙ nisi ali
ter deus iuberet. debitū cōiugale nō redde
ret. Ait eñ sic. Committēs aūt virginita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.7

rem suam diuine dispensationi/ consensit
in carnalem copulam nō illam appetēdo
sed diuine inspirationi in vtroqꝫ scꝫ ꝛ virgi
nitate ꝛ cōmixtione obediendo. Sed virgi
nitatem quā nondū vouerat/ in desiderio
habuit ꝛ cum firmo ꝓposito. ꝯmixtionem
vo illam nisi deus aliter disponeret in suf-
ficiētia. ¶ Ex his satis pꝫ quid ħ sit sacr̄m
et quid res. Nam sacr̄m est consensus ani
morum ꝛ coniunctio corporum. Res aūt
duplex est. s. vnio xp̄i ꝛ ecclesie. Item vnio
duarū naturarū in xp̄o. Nam sicut in ma-
trimonio cōiunctio est animorū vnius cū
vna. ita vnit̄ xp̄s cum ecclesia q̄ vna est vt
dicit̄ Can̄. vj. vna est columba mea ꝛc̄. De
qua etiā vnione dr̄. j. ad Cor. vj. Qui ad-
heret deo vnus spūs est cum eo. Itē sicut
in matrimonio est cōmixtio diuersorū se-
xuum. ita in xp̄o est vnio duarū diuersarū
naturarū. s. diuine ꝛ humane. ¶ Explicit
tractat⁹ tercius de expositiōe septē sacroꝝ.

Incipit tractatus

eiusdem quartus de septē virtutibus ꝛ
earum declaratione.

Q n Unc aliqua tangēda sūt de
virtutibus. Et p̄mo quid
sit virtus in genere. Quot
sunt in numero. ꝛ de earꝫ
sufficientia. Deinde de sin-
gulis in spāli erit aliquid dicendum.

Quid sit virtus in ge

nerali.

e St aūt virtus f̄m Augꝰ. bona
qualitas mētis qua recte viuit̄
et qua nullus male vtit̄. quā so-
lus deus in homine opat̄. No-
ta nter dr̄ bona qualitas. ad drīam malaꝝ
qualitatū cuiusmodi sunt ꝓdigalitas aua
ricia. Addit mentis. ad drīam corpalium
qualitatum. quales sunt albedo. nigredo.
Et subiungit q̄. s. vtute. recte viuit̄. ad dif
ferentiā sc̄ie q̄ ꝙuis sit bona qualitas men
tis. nō tn̄ necessario ea recte viuit̄ sed poti-
us ea recte intelligit̄. Et additur. qua nul-
lus male vtit̄ ad drīam potentiarū natu-
ralium quibus cōtingit ꝛ bn̄ vti ꝛ male vti
cuiusmodi sunt rōnabilitas ꝛ cōcupiscibi-
litas. ꝛ irascibilitas. q̄ ꝓprie potētie dicūt̄.
Dicit̄ etiā quā solus deus opat̄ in homīe.
qđ ponit̄ ad drīam virtutū politicarū. que
(vt vult ph̄us in ethicis) generant̄ ex fre-
quenti bn̄ agere cum virtutes theologice a
deo infundant̄. Ex quo apparet ꝙ prece-
dens diffinitio est ꝓprie virtutis theologi-
ce. ¶ Sed put virtus ꝯp̄hēdit tam quatu
or virtutes cardinales ꝙ̄ tres theologicas
sic pōt diffiniri. Uirtus est amor habendi
se ad oīa vt debet̄. Unde Aug. in li. de mo
ribus ecclesie. singulas diffiniēs virtutes.
in omnibus diffinitōibus ponit amorem
tanꝙ̄ genus. ꝛ adiungit diuersos actus q̄i
diuersas differentias.

Quot sunt virtutes ꝛ

de earum sufficientia.

e X dicta aūt diffinitiōe/ extrahi
pōt numerus septē virtutū. scꝫ
quatuor cardinaliū ꝛ triū theo-
logicarum. Cum em̄ virtus sit
amor habēdi se ad oīa vt debetur. aut erit
amor habendi se vt debet̄ ad creatorē. aut
ad creaturaꝫ. ¶ Si primo modo tunc vel
erit amor ad creatorē vt recognoscat̄ et sic
erit fides q̄ est illuminatio mentis ad cog
scendū deū. Aut erit amor ad creatorē vt
possideat̄. ꝛ hic dupliciter. s. Uel vt habē-
dus in futuro. ꝛ sic est spes. Uel vt quō ħ
iam habitus ꝛ detentus. ꝛ sic est charitas
qua quis licet ꝑ quendā modū impfectuꝫ
habet hic deū. Quia qui manet in chari-
tate in deo manet ꝛ deus in eo. j. Joħ. iiij.
Si aūt sit amor habēdi se vt debet̄ ad cre-
aturā. tunc vel ad creaturā q̄ sub nobis est
vt caro. ꝛ talis amor sic habendi se ad eaꝫ
vt debet̄: est tꝑantia. Aut ad creaturā que
iuxta nos est: sicut est ꝓxim⁹. ꝛ talis amor
sic se recte habēdi ad eum/ est iusticia. Aut
ad creaturā q̄ contra nos est. ꝛ tunc aut il-
la creatura ē nobis insidiās. et talis amor
sic se habendi ad eam vt debet̄/ est pruden
tia. Aut illa creatura est nos molestans. ꝛ
talis amor sic se habendi ad eam vt debet̄.
est fortitudo.

De tribus virtutib⁹

theologicis. Et primo de fide.

i N speciali tangendū de virtuti-
bus theologicis. Et primo de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.7

fide. De qua pͥmo dicendū quid sit. Quot modis dicat̃. Que sit fides informis et q̃ formata. Et vtr̄ vna sit alia. Et an demones habeāt fidē. Utrū puuli baptisati habeāt fidē. Utrū in aliq̊ casu sufficiat seruare fidem corde ⁊ diffiteri ore. Utrū fidei possit subesse falsum. An oēs teneant̃ ad fidē explicitam.

Quid sit fides et quō diffinit̃.

f Ecundū aūt aplm̄ ad Heb. Fides est rerū sperandarū subā. argumentū nō apparentiū. Et diffinit̃ hic fides ꝓut est fundamētum in edificio spūali. Subsistit eī oībus alijs virtutibus ⁊ eas collocat in nobis. i. facit eas in nobis collocari. Et hanc sic intellige diffinitionē. Fides est sperādarum rerū suba. i. fides facit mō res speratas subsistere in nobis spe. q̃ tandē subsistēt re. Fides dr̄ argumentū. i. ośsio vel ꝑmōstratio nō apparentiū rerū. ¶ Sed nōne apli crediderūt xp̄m passum: vtiq₃. q: in eoꝝ symbolo hoc ꝑ articulo ponit̃. et tñ apparuit eis passio sua. Sed dic ꝙ aliud viderunt ⁊ aliud crediderūt q: hoīem passum viderūt et deū passum crediderūt. Deū aūt passuȝ esse / est articulus fidei ꝭm Aug. Non hominē illū passum esse. Quia hoc crediderunt iudei q̃ fidē non habent catholicam. ¶ Scd̄m aūt Aug. Fides est illuminatio mētis ad videndū deum.

Quot modis fides dicatur.

d Icit̃ aūt fides multipliciter. Aliqñ em̄ accipit̃ ꝑ habitu fidei informis. Unde Jaco. ij. Fides sine opibus ⁊c̃. Aliqñ accipit̃ ꝑ habitu fidei formate. Uñ ad Heb. xj. Sancti ꝑ fidē vicerūt regna. Aliqñ pro actu fidei formate ꝭm ꝙ dicit Aug. Fides est credere qd̄ nō fides. Aliqñ ꝑ facultate credēdi. Uñ Math. viij. Non inueni tantam fidē in isrl̃. Aliqñ ꝑ obiecto fidei. sc₃ ꝑ eo qd̄ credit̃. cuiusmodi sunt articuli fidei. Uñ in symbolo athanasij dr̄. Hec est fides catholica. qd̄ intelligitur de articulis ibi positis.

Quid sit formata et qd̄ īformis. ⁊ vtrū vna possit fieri sine alia.

f Ides aūt formata est fides que opat̃ ꝑ dilectionē q̃. s. informat̃ grã ⁊ charitate. Fides aūt informis est huic cōtraria vtraq₃ formabilitate priuata qualē habēt existentes in pctō mortali. q̃ nihil aliud est ꝙ potētia naturalis assentiēdi veritati vtili. ¶ Utrū autē fides informis fiat qñq₃ formata vel nō ⁊ an quotiēs peccat̃ mortalr̄ / oīno pereat fides formata. ⁊ cum ad statū grẽ ꝑ penitētiā redit̃ / vtrū noua fides creat̃. ¶ Multi vident̃ dubitare. Dicunt em̄ aliqui ꝙ fides informis eadē ē in essentia cū fide formata. sed differūt ꝭm intentionē maiorē ⁊ minorē. vt assensus veritati aliqua illustratione grã irradiatus sit fides informis. assensus aūt vehemēs. multa illustratōe grẽ illuminatus / sit fides formata. Et volunt isti ꝙ fides informis ħ finiri possit. formata vͦ nō. ¶ Alij dicūt ꝙ nō sunt in eadeȝ in substātia sed euacuata siue recedēte fide formata / totū perit. Et relinquit̃ tm̄ modica quedā lux in aīa / q̃ nō facit hoīem gratū q̃ dr̄ fides informis. ¶ Alij distinguūt ꝙ dupl'r dr̄ fides informis. Uno mō ꝑ priuationē actualē forme debite. Et ꝑ hunc modum dr̄ fides informis eē in peccatoribus q: nō est in eis grã gratificās vel charitas. Alio mō dr̄ fides informis ꝑ priuatōnem possibilitatis ad formā debitā. ⁊ hec fides informis est in demonibꝰ qui nō hn̄t possibilitatē ad gratiā. Et pͥmo mō dicta fides informis sic differt a formata / ꝙ tñ formata fieri possit. s. ꝙ illd̄ qd̄ fidei informi subiacet p̄t formari. Uñ materialr̄ loq̄ndo hec p̄t fieri illa sic cecitas ī oculo p̄t fieri visus ꝑ miraculū. Sȝ scd̄o mō dicta fides informis oīno differt a fide formata sic ꝙ nullo mō p̄t fieri formata. Et illd̄ plꝰ placȝ aliqbꝰ ¶ Ex his p₃ an demones habeāt fidem. Habent em̄ fidē informē vt dicunt sancti. Sed vt dixi multo aliter ꝙ peccatores. qm̄ fides informis demonuȝ nō est possibilis ad formā debitā sicut fides peccatorū in q̃ est aliqua q̄uis modica illustratio grẽ. In fide vͦ demonū nulla sed tm̄ credulitas q̃dam ex cogitatione naturali exorta.

Utrū paruuli bapti-
sati habeant fidem.

S
B id qđ querit̄ vtrū paruuli
a baptisati fidē habeāt: Dicunt q̄
dam ꝙ nec fidē habeāt. nec cete-
ras virtutes. eo ꝙ he nō confe-
runt̄ eis in baptismo sed tm̄ purgatio ab
originali pctō. Dicunt tñ ꝙ si aīa puuli pꝰ
baptismū separet̄. in illa sepatōe illi infū-
di fidē. ceterasq; ṽtutes ab ipso deo. Et silr̄
cū adultus efficiat̄. si tñ retineat innocētiā
baptismalē. ¶ De hac opinione est Hug.
q̄ fecit apparatū sup decret̄. ¶ Alij dicunt
puulis plene fidē ⁊ ceteras ṽtutes in bapti
smo infundi sꝫ nō vsus earū. Quā opinio-
nem tenet mgr̄ in li. sen. ⁊ alij plr̄es. ¶ Est
et alia opinio inter has duas media. q̄ po-
nit ꝙ puuli nec hn̄t cōpletū habitū ṽtutū.
neq; actū. q2 nondū sunt capaces virtutis
cōplete. vt est habitus vel actus. Sed acci-
piūt ṽtutes ad potētiā. q̄ potētia aliqd hꝫ
de natura habitus. ⁊ fit habitus cōpletus
si aīa separet̄ vel cū veniūt ad etatē adultā

Utruz in aliquo casu
sufficiat corde seruare fidē ⁊ ore diffiteri.

Trū aūt in aliq̊ casu sufficiat ve
v ram fidē corde tenere. et ꝑ vita
saluāda/ ore negare. nullꝰ discre-
tus dubitat. Negans em̄ fidem
ore/ q̄tumcūq; retineat firmiter corde/ p̄ci-
pue reqsitus/ peccat mortalr. Corde enim
(vt ait aplꝰs) credit̄ ad iusticiā. ore aūt cō-
fessio fit ad salutē. Un̄ sine cōfessione fidei
nō videt̄ esse salus. q̄tominus cū negatōe
Insup talis impugnat fidei veritatē agni
tam. Et sic videt̄ qđammō peccare in spm̄
sanctū. Un̄ hec est heresis priscillanistarū.
q̄ dicūt ꝙ ꝑ vita saluanda licet fidē ore ne
gare si tñ vere teneat̄ in corde.

Utrum falsum possit
subesse fidei:

Ic dubitat̄ vtruz falsum possit
h subesse fidei. Hoc est vtrū falsū
possit credi. vel id qđ nō est. pu-
ta cū sacerdos eleuat hostiā nō
cōsecratā/ vtrū sit vera fides q̄ a toto pplo
credit̄ ibi esse vel illud esse corpus xpi: Et
dicit̄ ad hoc/ ꝙ fidei nunq̄ pōt subesse fal
sum nec dubiū. immo nec etiā pōt quicq̄
credi. nisi sit infallibiliter verū. Un̄ in p̄di-
cto casu credere ꝙ illud siue illa hostia/ sit
corpus xpi/ nō est fides sed opinio tm̄ que
pōt esse de falso. Sꝫ credere sub illa hostia
si in forma debita ꝯsecrata fuerit/ sit corpꝰ
xpi est fides. ⁊ hoc semꝑ infallibiliter est ve
rum. Un̄ illa cōditio semꝑ apponenda vel
ad minus supponenda est. qn̄ hostia ado-
rat̄ vel sumit̄. s. si rite ꝯsecrata fuerit. Ho-
stia rite consecrata infallibiliter est corpus
christi.

An oēs teneātur ad
fidem explicite credendā.

Eniq; an oēs teneant̄ ad fidē ex-
d plicitam. s. ad credēdum articu-
los fidei explicite dubiū est apđ
quosdā. Dicūt em̄ aliqui ꝙ nec
ante aduentum nec post aduentum xpi te
nebant̄ homīes scire oēs articulos fidei ex
plicite. nec etiam oēs explicite credere nisi
inq̄tum docti erant a maioribus. Et illā
doctrinā intellectu cape poterant. Sed tñ
adhuc illi qui p̄cesserunt minus tenebant̄
ꝓpter vmbram q̄ tunc erat. Isti aūt plus/
ꝓpter doctrinam ⁊ veritatez expssam. Un-
de nunc quilibet q̄tumcunq; simplex qui
humanam habet discretionē/ tenet̄ ad mi-
nus explicite scire ⁊ credere primum arti-
culum. Et reliquos nullatenus diffiteri.
sed in generali credere quicquid sancta et
vniuersalis credit ecclesia. Et tenet̄ preter
hoc se paratū exhibere ad amplius discen-
dum/ cum doctorem catholicuz habuerit.
Et qm̄ obtusum sensum habent simplici-
ores nō credo ꝙ teneant̄ ita explicite scire
sicut explanat̄ eis. q2 sufficit ꝙ ipsi accipiāt
explanatōnem f̄m suam potestatem intel
ligendi. ⁊ non f̄m voluntatem aut faculta
tem explanatoris. Si aūt primum articu-
lum vel plures etiam alios explicite crede-
rent. vni tñ ptinacirer cōtradicerent/ hereti
ci iudicarent̄. Quia hoc fieri nō posset/ ni-
si egressi iudicium ecclesie/ pueruli hereti-
corum iam p doctrinam puersam esse inci
perent. Secus tñ est de sapiētioribus qui
tenent̄ explicite omnes articulos scire. Et
maxime p̄lati aut quicūq; alij qui se faten

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

tur doctores. cum ignorantia iuris nō cadat in principē aut doctorem.

De virtute spei ⁊ ptinentibus ad ipsam.

Tequit̄ aliquid dicere de spe Primo. Quid sit spes. An spes possit esse malarū rerū. Quorū sit spem hr̄e. An ipsa sil' cū fide euacuabit̄. Et quid succedit eis.

Quid sit spes et quō diffinit̄.

sionem cū abdicatio solū ſm voluntatem
nō sit euacuatio ꝑfecta occasionis peccati.
quia est alia vtilior que magis occasionem
peccati euacuat/ scilicet illa que est ſm rem
et ſm voluntatem. patet ꝙ illa prima est ꝓ
prie beatitudo.

De secunda

s

Ecūda vtus seu beatitudo ē mi
titas siue mansuetudo q̄ ꝯgruit
dono pietatis ⁊ expellit iram. q̄ꝛ
mittis est queꝫ ira vel rancor nō
afficit. Cui respondet in premiuꝫ possessio
terre viuentium.

De tertia

t

Ertia vtus seu beatitudo est lu-
ctus/ q̄ est dolor animi charitate
informatꝰ. q̄ facit cognoscere mi-
seriā ꝓpriā ⁊ lachrymabilē ꝑn̄tis
vite statū ⁊ delectatōeꝫ future glīe q̄ suffi-
ciens causa luctꝰ sunt. quē dolorem inducit
scientie donū. Qui eīm addit scientiā istā. s.
addit ⁊ dolorē. Cui ꝓ p̄mio respōdet eter-
na cōsolatio in q̄ absterget deꝰ oēm lachry-
mam ab oculis sanctoruꝫ. Et iam non erit
amplius neqꝫ luctus neqꝫ clamor ⁊c̄. Et
hec euacuat inuidiam q̄ dolet de bono alie
no ⁊ letat̄ de malo. hec aūt beatitudo econ
uerso. ¶ Et ꝙuis luctꝰ ip̄e miseria q̄dā vi-
deatur cōgrue tamen beatitudo ꝓpter sibi
annexā dulcedinē dicit̄/ eo vt dicit Gregꝰ.
Dulciores sunt lachryme penitentiū ꝙ de
licie regū. Et aug. li. ꝯfeſ. Currebāt lachry
me ⁊ bene mihi erat cū illis.

De quarta

q

Uarta vtus seu beatitudo ē esu
nes ⁊ sitis iusticie/ q̄ dono forti-
tudīs adaptat̄. q̄ est ī sustinēdis
ꝑiculis ꝓ iusticia ⁊ fide. Que ex
pellit tediū boni hoc est acidiā. Cui respō
det ꝓ p̄mio eterna saturitas.

De quinta

q

Uinta vtus seu beatitudo ē mi-
sericordia. Que appropriat̄ do-
no cōsilij. qđ docet alijs dimittē
miora/ vt nobis dimittāt̄ maio-
ra. vl̄ ꝯferre sēr̄rena vt obtineamꝰ celestia. hec
expellit auariciā cuiꝰ ꝓpriū ē ꝯgregare ⁊ nō
remittere vel ꝯferre. Premiū aūt huic beati
tudini rn̄dens ē ꝯsecutio misc̄die.

De sexta

s

Exta vtꝰ seu beatitudo ē mūdicia
cordis. cui ꝯuenit donū intellectꝰ q̄
est cogitatō celestiū: oculos cordis
mūdās ⁊ illuminās. Hac eliminat̄ gula q̄
corrūpit ⁊ excecat cor. vn̄ Osee. iiij. Forni-
catio ⁊ vinū ⁊ ebrietas aufert cor. Premiū
huic beatitudini rn̄dens ē visio dei.

De septima

s

Eptima vtus seu beatitudo ē pax
seu eē pacificū. Cui rn̄det donū sa-
pientie q̄ ē delectari in deo q̄ est pax
nr̄a. Hec repellit luxuriā q̄ animū nō paci
ficat sed vagū reddit ⁊ instabilē. Cui corre
spondet p̄miū esse filiū dei.

De octaua

o

Ctaua vtꝰ seu beatitudo q̄ ē pati ꝑ-
secutōeꝫ ꝓpter iusticiā clarificat et
ostendit quoddā factuꝫ: hn̄s respe-
ctum ad singula p̄cedētia. Et ꝑ quod oēs
alie beatitudines ab vltima vsqꝫ ad primā
ꝓbant̄ si vere sunt. vnde Grego. Qualis
vnusq̄sqꝫ apud se lateat: illata cōtumelia ꝓ
bat. Et hinc ē ꝙ beatitudo ip̄i facto ꝓ pre
mio rn̄dens qđ idē est cū p̄mio prime bea-
titudini ꝓmissio redire dicit̄ ad caput tan
ꝙ circulꝰ ꝑficiēs ⁊ oēs beatitudines ambi-
ens ⁊ comp̄hendēs. He vtutes seu beati-
tudines tangunt̄ Mat. v. Beati paupes
spū qm̄ ip̄oꝝ est regnū celoꝝ ⁊c̄.

Unde accipitur nu-
merus seu sufficientia beatitudinū.

b

Arū ho beatitudinū numerus
⁊ sufficiētia ſm integritatē perfe
ctionis hominis accipit̄. Ad ꝑ-
fectionis aūt integritatem requi
runt̄ tria. s. recessus a malo. ꝓfectus seu ꝓ
gressus in bono. ⁊ ꝑfectus status in optio
Sane respectu primi malum ꝓcedit aut ex
tumore supbie. aut ex rancore malicie vl̄ ex
languore libidis seu ꝯcupiscētia. Contra q̄
tria sunt seu sumunt̄ tres prime beatitudi-

nes. s. paupertas spūs contra malū tumo-
ris superbie. Mititas cōtra malū rancoris
malicie. Luctus cōtra malū languoris libi
dini seu cōcupiscētie. Respectu vo secūdi
ꝓfectus seu ꝓgressus in bono attenditur
circa diuinā imitatōnez que est duplex ꝫm
duas vias qbus intendi pōt. s. miscdiam ⁊
veritatem. De qbus in psal. Uniuerse vie
domini miscdia ⁊ veritas; Et ꝫm has du-
as vias sumūtur due alie beatitudines. s.
respectu veritatis/ esuries iusticie. et respe-
ctu miscdie affectus miscdie. Respectu au-
tem tertij ꝑfectus status in optimo attendi
tur in duobus. s. in limpida cognitōne ⁊ in
tranquilla affectione. Et ꝫm hoc sumūtur
due alie vltime beatitudines. s. respectu lim
pide cognitionis. mūdicia cordis ad deuz
videndū. Et respectu tranquille affectōis
pax mentis ad deo ꝑfecte fruenduz. ¶ Et
aduerte ꝙ sicut in enumeratōne donoꝝ
iuxta quod supra in tractatu de donis de-
claratū est. est ordo qdam artificialis quo
primo loco ponūtur ⁊ enumerant̄ dignio
ra. ita in enumeratōe beatitudinū est ordo
quidam naturalis quo digniores vltimo
loco ponūtur.

X supradictis colligit̄ ꝙ habitꝰ vir
e tutū cardinaliū/ ṗncipaliter dispo-
nūt ad exercitiū vite actiue. Habi
tus vo donoꝝ maxime disponūt ad actus
vite ꝯtemplatiue. Habitus aūt beatitudi
nū disponūt ad ꝑfectōez vtroꝝqꝫ.

Finis tractatus ṗcedentis

Incipit tractatus I
octauus et finalis de vicijs tam nature ꝙ
voluntatis.

N finalibus aliqua de vicijs sū
matim tangere conuenit. Et qꝛ
i sunt vicia nature. ⁊ vicia volun
tatis. tangit̄ primo aliqualiter
de vicijs nature. Et deinde de
vicijs voluntatis.

De numero ⁊ suffi-
cientia vicioꝝ nature.

Icia aūt nature/ ꝙtuz ad hmōi
v cōpendiū attinet/ satis erit enu-
merare. q sunt septē. s. Extollētia
seu ṗsumptio. duricia. ignorātia
timiditas. ṗcipitatio. hebetudo. stulticia. q
rum numerus siue sufficientia licet de se sa
tis clareat. nam repibile non videt̄ vicium
nature. aliud a ṗdictis vel quod saltem ad
aliqḋ ṗmissoꝝ non sit reducibile. ꝑ opposi
tionem tamen ad septē dona spūssancti/ su
munt aliqui numerū ⁊ sufficientiā ipsoꝝ
viciorum nature. Eteni tres aīe sunt vires
seu potentie. s. concupiscibilis. irascibilis ⁊
ratōnalis. que quasi cōtinue in suis virtuo
sis actibus ⁊ oꝑationibus/ ꝑ ipa vicia que
nature ex sua corruptione insūt/ varijs mo
dis impugnant̄ ⁊ impediunt̄. contra q cuz
septem sint. data sunt in adiutoriū septem
dona spūssancti que lumina quedam siue
lux diuinitus inspirata ⁊ infusa ad effica-
cius tam contra ipa septem vicia nature ꝙ
vicia alia voluntatis ⁊ temptatōes. viam
iam habite virtutis impugnātes/ resisten-
dum. liberiusqꝫ ⁊ expeditius ipos actus v
tutum exequēdum. ¶ De vicijs nature cir
ca vim concupiscibilē. ¶ Circa igitur vim
seu potentiā concupiscibilē repérit̄ vicium
nature retrahens a debite compatiendo et
subueniendo ꝓximo. quod vocatur duri-
cia. Contra quod disponit donum pietatꝫ.
¶ De vicijs nature circa vim irascibilem.
¶ Circa vero vim seu potentiam irascibi-
lem/ duplex repérit̄ vicium nature. Unuz
immoderate retrahens ab agendis qḋ vo-
catur timiditas. cōtra quod disponit donū
fortitudinis Aliud immoderate accedens
quod vocatur ṗsumptio. Contra quod di
sponit donuz timoris. ¶ De vicijs nature
contra vim rationalez. ¶ Contra vim au-
tem seu potentiā rationalē/ duplex cōtingit
viciuz nature. s. vel respectu finis. vel respe
ctu eorum que sunt ad finem. Si respectu
finis. duplex repérit̄ nature viciū. Unum
impediens ne cognoscat̄ qḋ vocat̄ hebetu
do contra qḋ disponit donum intellectus
Aliud retrahēs ne animus ad ipm finem
debite afficiat̄ quod vocat̄ stulticia. cōtra
quod disponit donum sapientie. Si respe
ctu eorū que sunt ad finē duplex silr natu-
re vicium repitur. Unū impediens ne scia
tur quid ad ꝓsecutionez finis expediat qḋ
est ignorantia. contra quod disponit donū
scientie. Aliud quo qs in his q agēda sunt
magis ex passionis impetu ꝙ ex debita ele

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

ctione ducit quod est pꝑpitatio. cōtra qđ
disponit donum consilij. ¶ Quibus cōtra
rientur ipa nature. Contrariant etiam iste
septem nature vicia singula. s. singulis vir=
tutibus. singulis oratōnibus dominice pe
titionibus ꝛ singulis beatitudinibus ꝛ cō
ueniunt cum septem principalibus seu ca=
pitalibus vicijs voluntatis. Quod clarius
ex tabula in fine hui⁹ tractatus posita con=
cipi poterit ꝛ ꝑpendi.

De vicijs volūta R
tis seu de malo culpe in generali.

d E vicijs volūtatis. id est de ma
lo culpe seu de peccato / opportu
num foret ꝛ vtile / specialē ꝛ lon=
gum tractatū subiungere. sed cū
pluribus notabilibus hec sint diffuse expla
nata / sufficiet interim ad p̄sentis compen=
dij processum continuandū / eiusq; cōple=
mentum summatim dicere. quid sit pecca=
tum in genere. Quotiens fit siue quot sūt
eius genera. Deinde venient aliqua de q̊li
bet genere explanāda.

Quid est peccatū i ge
nere ꝛ quomodo diffinit.

p Eccatū aūt in genere sic diffinit
Peccatū est auersio ab incōmu=
tabili bono ad bonū cōmutabi
le. Quā diffinitōnez sic intellige
Peccatū est auersio s. volūtatis. qꝛ ꝓprie ꝛ
per se talis auersio est peccatū. ab incōmu=
tabili bono. s. deo q̊ oīno incōmutabilis ē.
Nec ē auersio aliud ꝙ disconformitas vo
lūtatis create a volūtate diuina. qđ ē in oī
peccato vbi aliqđ vult voluntas creata qđ
nō vult deus. Sequit: ad bonū cōmutabi
le. supple cōuersio. s. ad bonū creatū qđ cō
tinue mutat vel saltē mutabile est. ¶ Et li
cet peccatū in sui diffinitōne duo cōtineat
s. auersionē ab incōmutabili bono: ꝛ con=
uersionem ad cōmutabile bonum. essentia
lius tamē peccato est / primū ꝙ secundum.
Si em̄ fuerit cōuersio ad creaturam / ita ta=
men ꝙ non fieret auersio a creatore. sic cō=
tingit quādo quis amat creaturam ꝓpter
deum tantū. tunc nō fieret peccatū imo in
isto casu meritorie fieret. ¶ Licz plures alie
sint diffinitōnes peccati / non tractat nisi đ
vna. Plures alie a doctoribus assignātur
peccati diffinitōnes ꝭm causas efficientem
materialem ꝛ formalem ipsius peccati. Sz
quantū ad p̄sentem tractatum attinet / su=
pradicta diffinitō que ꝭm causam finalem
peccati sumit / sufficiat.

De duplici diuisione
peccati in genere.

p Lures etiam a doctoribus assi=
gnant peccati diuisiones ꝭm di
uersas peccati causas ꝛ origines
Quātum v̊o ad p̄sentem tracta=
tum sufficit de duabus peccati diuisioni=
bus principaliter tanget. Et primo đ vna
que sumitur ꝭm quādam peccati qualita=
tem ꝛ quantitatē. Secūdo de vna que su=
mitur iuxta peccati causaz materialē. ¶ Re
spectu prime diuisionis tria principalia re=
periunt genera peccatoꝝ. quia omne pec=
catū aut ē originale aut actuale. Si actua=
le. hoc iterū est dupliciter. Quia aut ē mor=
tale aut veniale.

De peccato origi L
nali ꝛ quid est.

o Riginale aūt peccatū ē illud qđ
a nostra viciosa origine trahim⁹
Et est auersio quedā habitualis
a deo quo anima ꝓna effecta est
non reddere iusticiā quā debet. Unde om
nes fere doctores respectu effectus ipsi⁹ pec
cati originalis consonant in ipam auersio
nem habitualē ꝭm Augusti. ¶ Hugo de
sancto vic. dicit ꝙ originalis culpa / est cor=
ruptio seu viciū quod nascendo contrahi=
mus per ignorantiā in mente ꝛ cōcupiscē=
tiam in carne. ¶ Alij volunt ꝙ originalis
culpa / sit necessitas cōcupiscēdi cuz debito
nō ꝯcupiscēdi. Et ponūt exemplum de ra=
dio cōtiguato aque. qui mouet aqua mo=
ta ꝛ quiescēte quiescit. Et hoc patet ex cōti
guatione sui cū aqua. Unde cuz maior sit
vnio aīe ꝛ carnis / ꝙ in casu p̄dicto radij et
aque. cū caro de se valde mobilis sit ad cō=
cupiscendū: anima eoipo ꝙ tali carni vnita
est habet statim talē quādam necessitatem
cōcupiscēdi. Cū igit caro puuli cui infun=
ditur aīa / p peccatū primi hoīs ad cōcupi=
scendū sit mobilis. inerit ipi aīe iam illi car

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.7

ni vnite necessitas q̄dā cōcupiscēdi. nec po
test anima ipa illā carnē seu sensualitatē co
hibere. sicut anima ade ante peccatum po-
tuisset q̄ habuit potestatē sup sensualitatē
⁊ etiā libertatē ꝯcupiscendi vel nō ꝯcupiscē
di. ¶ Patet igit̄ ꝙ ꝑ peccatū ⁊ post pecca-
tum p̄mi hoīs inest anime duplex neces-
sitas. Una nō possendi sensualitatē retine
re seu cohibere. ⁊ alia necessitas ꝯcupiscen-
di. Et p̄ma est q̄daꝫ necessitas nō valendi
facere quod debet. ⁊ secūda est q̄daꝫ necessi
tas faciendi quod nō debet. Et ita inest ei
carentia vtriusq̃ ꝑtis iusticie: que sunt de-
clinare a malo ⁊ facere bonū. ¶ Ex quo pa
tet ꝙ peccatū originale. ⁊ est in carne ⁊ est i
anima. sed in carne originalit̄ ⁊ materialit̄.
In aīa v̓o formalit̄ ⁊ tāq̄ in subiecto. So-
la em̄ aīa ē susceptibilis v̓tutis ⁊ vicij. ⁊ tn̄
sicut dictū est ex cōiunctōe ipius ad corpꝰ
cōtrahit viciū illud. sicut q̄, q̄s cadit in lu-
tum fedat̄ ⁊ maculat̄. ¶ Talis aūt aīe in-
fectio nō tantū est pena sed est etiam culpa
ipa v̓o culpe q̄ macula est delet̄ in baptis-
mo. Pena aūt q̄ fomes siue peccandi ꝓni
tas appellat̄. remanet post baptismū. Sic
em̄ in baptismo curat̄ culpa q̄ꝫtum ad rea-
tum damnatōis eterne. sed nō quin rema-
neat ipa pena q̄ꝫtuꝫ ad motū ⁊ actū concu
piscentie cum q̄ oportet nos q̄ꝫdiu viuimꝰ
pugnare. nisi extinguat̄ ꝯcupia ꝑ spēalem
gratiā sicut in beatissima v̓gine in ꝯceptio
ne filij dei. ¶ Originale etiā peccatū sic in
hoīe ꝑ baptismū curat̄/ ꝙ nihilominus ab
eo q̄ curatus ē/ trāsmittat̄ in ꝓlem quā ge
nerat. sicut iudeus circūscisus generat filiū
cum ꝑputio. ⁊ granū nudū ⁊ purū semina
tum/ ꝓcreat granū cuꝫ palea. Qd̄ hinc ē q̄ꝛ
homo nō generat filiū s̄m ꝙ in mente cu-
ratus est sed s̄m qd̄ in carne.

De nominibus pec- cati originalis s̄m ꝙ opat̄ ad aīam.

Riginale peccatū diuersis in sa-
o cra scriptura noībus. multiplici-
bus de causis noīat̄. ¶ Scdm
em̄ ꝙ originale peccatū compat̄
ad aīam/ vocat̄ q̄n̄q̄ꝫ infirmitas. q̄ꝛ reddit
aīam impotentē ad resistendū motibꝰ. Qn̄
q̄ꝫ vocat̄ feditas. q̄ꝛ ꝑ ipam aīa maculatur
Vocat̄ q̄n̄q̄ꝫ ꝓnitas. ꝓpter cōtinuā appe-
titus inclinatōeꝫ ad malum. Vocat̄ q̄n̄q̄ꝫ
corruptio q̄ꝛ ad nihilū ducit ⁊ peccatū. Vo
catur q̄n̄q̄ꝫ viciū. q̄ꝛ est diminutio bonorū
naturaliū. Vocat̄ q̄n̄q̄ꝫ languor nature. q̄ꝛ
durat in natura corrupta. ¶ Habet etiam
noīa s̄m qd̄ compat̄ ad corpus. Vocat̄ eīi
q̄n̄q̄ꝫ lex carnis. eo ꝙ lege diuina sit carni i
flicta. Unde q̄n̄q̄ꝫ lex mēbroꝝ vocat̄. quia
mouet organa ad opatōeꝫ ꝯcupie. Vocat̄
q̄n̄q̄ꝫ tyrānus. ꝓpter dominatōeꝫ q̄si violē-
tam in ipa ꝯcupia. Vocat̄ q̄n̄q̄ꝫ fomes. q̄ꝛ
sicut ignis fouet ignem. ita ꝑ ipm̄ fouet̄ in
carne peccatū s̄m actus generatiue ⁊ nutri
tiue. Vocat̄ q̄n̄q̄ꝫ stimulꝰ carnis. q̄ꝛ stimu
lat carnē/ ad p̄mos motus. ⁊ animū ad cō
sensum. ¶ Habet q̄ꝫ noīa s̄m qd̄ compat̄
ad actus delectabiles. Et s̄m hoc vocatur
ꝯcupia q̄ sonat viciū in actu ꝓut ē in adul
tis. Item ꝯcupiscibilitas q̄ sonat viciuꝫ in
potentia ꝓut est in ꝑuulis. ¶ Habet etiaꝫ
nomen s̄m quod compatur ad p̄imū ho-
minē a quo contrahit̄. ⁊ sic vocat̄ origina-
le qd̄ est carētia debite iusticie.

De pctō actuali M- mortali ⁊ circa ipm̄ in generali occurrētibꝰ

Irca peccatū aūt actuale morta
c le aliq̄ sunt videnda: Primo q̄d
sit. Scdo de diuersis eiꝰ noībus
seu appellatōibꝰ. Tertio de huiꝰ
peccati effectibꝰ. Quarto de diuersis eiꝰ ge-
neribꝰ seu diuisionibꝰ. Quinto de q̄libet se
ptem peccatoꝝ capitaliuꝫ ac eoꝝ filiabꝰ seu
speciebꝰ/ aliq̄d in speciali declarabit̄.

Quid sit peccatum actuale mortale in speciali. ⁊ quō diffinit̄.

Eccatuꝫ igit̄ actuale mortale sic
p diffinit̄ s̄m Augus. Peccatū est
dictū vel factū vel ꝯcupitū cōtra
legē dei. Et ponit̄ in dicta diffi-
nitōe. dictū ꝓpter pctm̄ oris. factū ꝓpt̄ pec-
catum opis. ꝯcupitū. ꝓpter peccatū cordis
¶ Diffinit̄ ⁊ aliter s̄m eundē Aug. Pecca
tum est voluntas retinendi faciendi vel cō
sentiendi qd̄ iusticia vetat. ¶ Insup scien-
dum ꝙ peccatū ꝓp̄ie nō est substantia vel
res aliqua sed defectus ⁊ corruptela. ¶ Cir
ca qd̄ tn̄ aduertēdū est. ꝙ aliud est peccati
actus. aliud est peccati habitus. aliud pec

cati reatus. Peccati actus aliqd est. sed qñ
nō amplius fit. desinit eē: etiā sine grā. Sȝ
peccati habitus q̄ ex malis actibus relinq
tur/ etiā aliqd est ⁊ remanet interdū cessan=
tibus etiā ipis actibus. ac etiā post infusaȝ
grām pctiq; remissionē. Peccati vō reatus
siue macula/ ꝭm rem nihil est. deformat tñ
animā: nō ꝑ modū positōis sed ꝑ modū ꝓ=
uatōis sicut trūcatio mēbri ꝑ modū ꝓuatō
nis corp⁹ deformat ⁊ maculat. Dicit etꝰ aug.
ꝙ sicut abstinētia nulla substātia vel res ē.
⁊ tñ ex ea corp⁹ lāguescit. ita pctm̄ nō ē aliq
substātia vel res. ex eo tñ natura minuitꝰ et
corrūpitꝰ. deletꝰ tñ semꝑ ꝑ grām. ¶ Notan
dū ꝓterea ꝙ pctm̄. qñq; trāsit actu ⁊ rema=
net reatu. sicut pctm̄ actuale actu cōpleto
añ pniaȝ. Qñq; ecōtra pctm̄ transit reatu et
remanet actu. sicut in pctō originali p⁹ ba=
ptismū. Qñq; trāsit pctm̄ actu simꝰ ⁊ reatu
sicut pctm̄ actuale actu cōpleto ⁊ p⁹ penitē=
piam. Qñq; pctm̄ remanet actu ⁊ reatu sic
pctm̄ originale añ baptismū.

De diuersis nominibus peccati actualis mortalis.

(d) Iuersis frequēter noibus pctm̄
ipm mortale ꝑ doctores nomiā
tur ꝭm diuersas ei⁹ ꝓprietates et
opatōes ⁊ effect⁹. Vocatꝰ eī qñq;
macula. ⁊ h⁹ ideo q: imaginē dei deformat
⁊ maculat. Vocatꝰ qñq; reatus. qm̄ ad et=
nam penā obligat. Vocatꝰ qñq; pollutio.
⁊ hoc q̄tuȝ ad contagionē ɔtractā. ex terre
na delectatōne. Vocatꝰ qñq; delictū. ⁊ hoc
ꝭm ꝙ ē recessus a dignitate grē habite. Vo
catꝰ qñq; culpa. ⁊ hoc ꝓut respicit penam
quā meretꝰ ⁊ incurrit. Vocatꝰ qñq; offensa
⁊ hoc est q: ꝯ deū est ⁊ ꝯ deuȝ facit. Vocatꝰ
qñq; ꝑuaricatio. ⁊ hoc inquātuȝ mādatū
dei respicit qd trāsgrediēdo ꝑuaricatꝰ. Vo=
catur qñq; peccatū ꝓut cōuersio fit ad bo=
num cōmutabile cū auersione a bono in=
cōmutabili. Vocatꝰ qñq; scelus ꝓpter ma=
gnam iniuriā que peccādo deo fit. Vocatꝰ
etiā qñq; nefas ꝓut est illicitū persone per=
petranti. Vocatꝰ etiā qñq; crimen ꝓut est
dignū accusatōe ⁊ pena.

De diuersis effectibus peccati actualis mortalis.

(h) Uiusmodi aūt peccati/ mltiplex
ꝭm doctores reperitꝰ effectus. sȝ
quātuȝ ꝑsentē ɔcernit tractatum
satis erit aliq̄s enumerare. Un⁹
effect⁹. ¶ Et ꝑmo naturalia vulnerat. qd si
gnatꝰ in illo q̄ iuxta euāgeliū descēdens ab
hierl'm i hiericho incidit i latrones. ¶ Ali
us Intellectū obscurat in cognitōe veri. ⁊
affectū tepescere facit in ope boni ¶ Alius
Gratuitis spoliat. ne tñ bonū aliqd pereat
bona opa q̄ qs peccādo mortificat/ alijs iu
xta dispensatōnem dei elargientꝰ saluādis.
¶ Alius Aiam maculat. ad penā eternaȝ
obligat. ɔscientiam amaricat. cor indurat.
¶ Alius Hoieȝ q̄si insensibilē reddit. Ex
emplo canis submergēdi q̄ lapidē in collo
suo nō sentit. donec ab eo in fundū aq̄ tra=
hitꝰ. ¶ Alius Aiam occidit. q: deo q̄ vera
vita ē: priuat. ¶ Alius Ad alia pctā trahit
Unde Greg. Peccatū qd ꝑ penitētiā non
diluitur/ mox suo pōdere ad aliud trahit.
¶ Alius Bona q̄ in peccatis fiunt. infru=
ctuosa ⁊ q̄tuȝ ad meritū. ⁊ q̄tuȝ ad ꝑmiū
reddit. ¶ Alius Ex hoie quendā effectiue
infirmū facit. Nā in peccatore ē ignis aua
ricie. fetor luxurie. tenebre ignorantie. ver=
mis ɔsciē. sitis ɔcupiē. ⁊ demones per effe=
ctum ⁊ hmōi. ¶ Alius Vacuū hoiem tā=
dem relinqt. ⁊ merito q: mūdo adherētia.
fugunt verba arentia. fallēdo decipit sicut
esca in hamo vel lignū putridum de nocte
lucēs. ¶ Alius Hoieȝ vere stultū demon
strat. ꝭuiēdo scȝ illi q̄ ipm torqueri q̄rit ⁊ tā
dem torq̄bit. Componēdoq; ⁊ ɔgregādo
supra se vñ torqueatꝰ ⁊ cremetꝰ. Vñ aug. li.
de ciuitate dei. Hoc viciū adimit integri=
tatē. pulchritudinē. salutē. v̄tutē ⁊ q̄cq̄d bo
ni ꝑ viciū detrahi seu minui ɔsueuit.

In quo peccatū habere eē ⁊ ortū.

¶ Notādū est vlteri⁹ ꝙ q̄uis
peccatū ipo bono ꝯriū sit. nō tñ habet esse
nisi in bono nec ortū nisi a bono. qd q̄dem
bonū est liberū arbitriū ac volūtas. a qua
peccatū est sicut a ꝑma origine ⁊ in q̄ est si=
cut in ꝓprio subiecto. Volūtas igitꝰ ē cau=
sa pcti. cām dico nō efficiētē sed deficientē.
Volūtas eñ ꝭm ꝙ hȝ respectū ad suū ꝑn=
cipiū a q̄ est/ scȝ ad deū non est nata elicere
ex se nisi bonū. Sed ꝭm ꝙ hȝ respectuȝ ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

principiũ ex quo est, qđ est oĩno nihil. cum ipa voluntas ex nihilo sit/ semp tendit ad defectũ. Si ergo velimus scire vnde malũ culpe sit materialiter. dicendũ ꝙ ex nihilo Si vo velimus scire vnde sit terminaliter. dicendũ ꝙ ex absentia debiti modi debite speciei ⁊ debiti ordinis. Sed si velim⁹ scire vnde sit originaliter. dicendũ ꝙ a volũtate siue a libero arbitrio.

De progressu pecca

ti. ¶ Nota ꝙ peccatũ inicia͞t in cogitatõe. ꝓcedit ⁊ crescit in delectatõe. pficit͞ in ꝯsensu. ¶ Circa ꝓcessuz aũt peccati notandũ ē ꝙ aliqua ipm peccatũ añcedũt. aliqua ipz subsequũtur. aliqua ipm concumitantur. ¶ Jte respectu pmi. Aliqua peccatũ añcedunt ex pte auersionis. Et aliqua añcedũt ex pte ꝯuersionis. Ex pte aũt auersionis. i. qñ qs a bono incõmutabili qđ de⁹ est: auerti ⁊ separi incipit. añcedũt peccatũ. ꝯtempt⁹ omissio. ingratitudo. inobedientia. Ex pte vo ꝯuersionis. s. qñ homo se in peccatũ cõuertit/ añcedit peccatũ. cogitatio. libido cõcupiscẽtia. delectatio. puersa intẽtio. cõsensus. Peccatũ aũt subsequũtur. macula. id ē deformatio imaginis dei. reatus. ⁊ obligatio ad penã eternã. ¶ Peccatũ cõcomitantur circũstantie que ipm vel aggrauant vel minuũt. ⁊ sunt octo q̃ ex versu sequẽti notificari possunt. vnde vsus. Quis qđ vbi per quos: quotiẽs cur quomõ quãdo.

De tribus actionem

deprauãtibus. ¶ Per tria etiam principaliter deprauari solet actio. etiã illa que est de genere bonoꝝ. Quandoqз in sui principio quãdoqз in sui medio. quãdoqз in sui fine scilicet per malam intentionẽ. per negligentiam. per vanã gloriã.

Quibus causis vnum

peccatũ dicit͞ maius. ¶ Multis etiaz causis seu respectibus vnũ peccatũ dicit͞ mai⁹ seu grauius altero. Uidelicz causalitate vt peccatũ luciferi. Generalitate vt peccatum primi hominis. Deformitate vt peccatũ iude ꝓditoris. Remissionis seu venie difficultate. sicut peccatũ in spũm sanctũ. Periculo sicut peccatuz ignorantie. Jnsepabilitate vt peccatũ cupiditatis. Pronitate vt peccatũ carnis. Offensione vt peccatũ idolatrie. ex pugnãdi difficultate vt supbia ⁊ vana gl'ia Mentis cecitate vt peccatũ ire.

De quinqз operum

generibus. ¶ Notandũ est etiã ꝙ inter cetera quinqз repiunt͞ genera operuz. Nam quidã sunt mala in se vt illa que de sui natura seu in suo genere mala sunt. sed tñ per aliquas circũstantias bona fieri pñt. vt homicidiũ qđ in se malũ est. sed p circũstantiam aliquã põt effici bonuz. vt puta qñ fit p debitam iusticiã. vel se legitime defendendo. cum mortis piculum euadi nõ possit ⁊ hmõi. Quedã sunt mala ƀm se vt illa que ƀm totũ suũ esse mala sunt. nec p circũstantias aliquas bona effici pñt. sicut est odire deũ vel fornicari ⁊ hmõi. Quedã ecõtrario sunt bona in se. vt illa q̃ de sui natura sunt bona ex genere. sed tñ p aliquas circũstantias pñt fieri mala. Sicut ē dare elẏnaz qđ in se bonũ est. sed p circũstantiã aliquã põt fieri malũ. vt puta si daret͞ ꝓ sola vana hominũ laude acquirẽda vel hmõi. Quedaz sunt bona ƀm se. vt illa q̃ ƀm totuz suũ esse bona sunt. nec p circũstantias aliquas possunt fieri mala. sicut est diligere deũ ex charitate. Quedã sunt indifferẽtia. s. q̃ suo esse nec bona nec mala sunt. possunt tñ ƀm circũstantias bona vel mala fieri. sicut mouere pedẽ sine deliberatõe. vel qñqз comedere. qđ ƀm circũstantiã aliquã bonum fieri potest. vt puta in necessitate. corpus suũ debite sustentãdi. vt efficacius deo ƀuire possit. Et ecõtrario malũ. vt puta si ad supfluitatẽ. ⁊ ex sola libidine vel volũtarie p̄cepta eccl'ie transgrediẽdo fiat.

De quatuor gene

ribus seu diuisionib⁹ peccati mortalis.

Licet plures peccati mortalis/ diuersis respectib⁹ ⁊ causis/ possent assignari diuisiones seu genera. quatuz tñ ad p̄sentis tractat⁹ cõpendiũ attinet. quatuor solũmodo tangentur. Circa quarũ adhuc solam quartã diffuse insistet͞. quia per eius declaratõez alie tres clare ⁊ faciliter poterunt intelligi. imo ipas tres effectualiter cõphẽdit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

De prima diuisione

p Rima igit̄ dictaꝝ q̄tuor diuisionū est ꝙ peccatoꝝ mortaliū aliq̄ sunt carnalia alia sp̄ualia. Carnalia aūt maioris sunt infamie. Sp̄ualia v̄o maioris culpe.

De secūda diuisione

Ecūda diuisio est ꝙ pctōꝝ mortaliū aliq̄ sunt cōmissi alia delicti. Qd̄ in effectu est dicere. Aliq̄ ꝯmittunt̄ in faciēdo. alia ī omittendo. Prima peccata sunt p̄uaricatio seu transgressio legis quo ad p̄cepta negatiua. vtputa. Nō occides nō mechaberis. Secunda sunt p̄uaricatio seu trāsgressio leg̃ quo ad p̄cepta affirmatiua. sicut sunt. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo ⁊c̄. honora patrē tuū ⁊c̄. Et ꝺm hanc etiā diuisionem dr̄ peccatū mortale esse ⁊ fieri ꝯ̄ duas partes iusticie. Quarū vna est declinatio a malo. Alia est facere bonū.

De tertia diuisione

t Ertia diuisio est ꝙ peccatorum mortaliū aliqua directe ꝯmittūtur in deū alia in ꝓximū alia in seip̄m. Peccatū aūt in deū iterū subdiuidit̄. Nā qn̄qꝫ peccat̄ in patrē qn̄qꝫ in filiū. qn̄qꝫ in sp̄m̄sanctū. De q̄bus latior fiet speculatio infra in fine declaratōis q̄rte diuisionis. ¶ Peccat̄ ei alio respectu in deū quadruplicit̄. primo male de ip̄o ꝑ infidelitatē sentiēdo. secūdo ip̄m blasphemādo. tertio eius sacramēta indigne ministrādo ⁊ tractādo. quarto eū tēptando. ¶ Rursus deū tēptādo peccat̄ triplicit̄. Nā tēptatur vel eius potētia. signa. s. ab eo petendo. Uel tēptat̄ eius iusticia. ꝑ hūanas. s. ꝓbationes. vtputa ꝑ candēs ferrū vel duelluꝫ. vel siłia/iudiciū ei⁹ exq̄rēdo. Uel tēptat̄ ei⁹ miscđia. quā. s. quasi examinādo bonitatē. se stultis p̄iculis cōmittēdo. In ꝓximum v̄o peccat̄ etiā tripliciter. vel bona sua ei indebite auferēdo. vel bona ꝓpria sibi in sua necessitate nō cōmunicādo. vel mala ꝑsuasione aut malo exēplo eū in peccatū trahendo ⁊ inducēdo. ¶ In semetip̄m aūt peccat q̄s etiā triplicit̄. Uel sibijp̄i necessaria subtrahendo. vel superflua sumendo. vel vltra vires ac debitum moderamen quippiam aggrediendo.

De quarta diuisione

q Uarta diuisio pctī mortalis sumit̄ ꝑ septē vicia capitalia. Que sūt sup̄bia. inuidia. ira. acadia. auaricia. gula. luxuria. Et q̄r vt supra tactū est de ista q̄rta diuisione expediens ē diffusiorē hic facere declaratōeꝫ. tū q̄r per eā supradicte tres alie diuisiones clari⁹ intelligi poterūt imo eas effectualit̄ comp̄hendit. tum q̄r ꝓprie loquendo in ip̄a ⁊ ex ip̄a p̄ncipalis effectus principalisqꝫ intētio hui⁹ octaui tractatuli isti⁹ libelli ꝯsistit ⁊ dependet. Ideo de ip̄is septē peccatis capitalibus hic fiet quoddā sp̄ale capitulū. ⁊ iuxta diuisionē in principio hui⁹ principalis capituli qd̄ est de peccato actuali positā de his. s. que in eo vidēda sunt.

Aliq̄ circa materiā p̄ septē vicioꝝ capitaliū p̄notanda.

i Nterim anteq̄ ad specialeꝫ seu particularē declaratōeꝫ ip̄oꝝ septem vicioꝝ capitaliū veniatur/ aliqua sunt circa ip̄a aduertēda. ¶ Et primo notandū venit ꝙ pctm̄ veniale. siue sit q̄tū ad actū siue q̄tū ad maculā nullo mō pōt fieri mortale. sic. s. ꝙ illd̄ ideꝫ ꝺm substātiā qd̄ pri⁹ fuit veniale/ fieret mortale. Et rō est. q̄r nulla res pōt mutare spēꝫ suā. Peccatū aūt mortale ⁊ veniale sūt due diuerse peccati spēs. Uerūtamen aliquis actus q̄ de sui natura ē de genere peccati venialis/ bn̄ pōt fieri mortal̄. ⁊ hoc q̄tuor modis. ¶ Primo mō rōne ꝯscie q̄ de illo actu fieri pōt. q̄r quicq̄d fit ꝯtra ꝯsciam formatā edificat ad gehennā. etiā si sit ꝯtra ꝯscientiam erroneā. Et hec est rō. q̄r cū in peccato duo sint. s. auersio ⁊ conuersio. Penes primū iudicat̄ qualitas siue grauitas peccati qm̄ auersio a deo est in peccato quasi formale. ⁊ conuersio ad creaturam quasi materiale. Quāuis ergo leuare festucā de terra videat̄ leue vel indifferēs. si tamē fiat ꝯ̄ cōscientiā est peccatū. q̄r tūc in animo sp̄ernit̄ realit̄ bonū incōmutabile. ⁊ ita fit auersio a creatore. ¶ Scd̄o mō ex cōplacentia

que in illo actu possit capi ⁊ caperet. Unð
augus. Nullũ peccatũ adeo veniale est qð
non fiat mortale dũ placet. ¶ Tertio mo=
do ex dispositõe seu ꝓclivitate q̃ exinde cõ
trahit. quia ꝑ freqnẽtem lapsum in venia=
lia. disponit hõ ad mortale. Et ꝯm hoc in
telligit illud dictũ Greg. Vitasti grãdia vi
de ne obruaris arena. Hoc aũt dicit qꝛ se=
pe de minimis peccatis dũ freqẽter fiunt
⁊ sic quasi ꝯtemnũt / venit ad magna. Si=
cut de modica scintilla surgit qñqꝫ magn⁹
ignis. ¶ Quarto modo ex ꝓgressu. qꝛ qñ
insurgit veniale / si non ꝓhibet possit ꝓgre
di usqꝫ ad mortale. Non q̧ ip̃m veniale vt
supra tactũ est in sua substãtia fieret morta
le. sed qꝛ ex ip̃o occasionaliter fieret ꝓgredi
endo mortale. vt patet in primis motibus
qui inter venialia cõputant. Sed quando
delectatio cõualescit intantũ q̧ consensus
accedit / iam est peccatũ mortale.

Unde sumatur nu/

mer⁹ ⁊ sufficiẽtia septẽ viciorꝝ capitaliũ.

n Otandũ insup q̧ vt aliqualiter su=
pra tactũ est septẽ sunt peccata seu
vicia capitalia. s. superbia. inuidia.
ira. accidia. auaricia. gula. luxuria. quorũ
sufficientia seu numerus põt colligi. Vo=
luntatẽ em̃ humanã freqẽter cõtingit de=
ordinari. Aut ergo deordinatur qꝛ appetit
qð nõ est appetendũ. aut deordinat qꝛ re=
fugit qð non est refugiendũ. ¶ Si primo
modo aut appetit qð nõ est appetendũ in=
terius. ⁊ tunc peccat peccato sup̱bie seu va
ne glorie. Aut appetit qð nõ est appetẽdũ
exteri⁹. ⁊ tunc peccat pctõ auaricie. Aut ap
petit qð nõ est appetendũ inferi⁹ q̃le est cor
pori delectabile. Et istud iterũ est in duplici
dr̃a. Quia aut illud delectabile qð sic inor
dina appetit tẽdit ad ꝯseruatõeꝫ indiuidui
⁊ tũc peccat peccato gule. Aut tẽdit ad cõ=
seruatõeꝫ speciei vt coitus ⁊ tunc peccatur
peccato luxurie. ¶ Si secũdo modo. qñ. s.
voluntas deordinat refugiendo qð nõ est
refugiendũ. Aut illud nõ refugiendũ refu
git ꝯm p̱uersum instinctũ potentie ratõna
lis. ⁊ tunc peccat peccato inuidie. Aut illð
refugit ꝯm p̱uersum instinctũ potentie ira
scibilis. ⁊ tunc peccatur peccato ire. Aut il=
lud refugit ꝯm p̱uersum instinctuꝫ poten=
tie cõcupiscibilis. ⁊ tunc peccat peccato ac
cidie. ¶ Et sic patet q̧ quia sunt quattuor
principalia appetibilia in quibus volũtatẽ
humanã deordinari ꝯtingit. ⁊ tres solum
sunt vires seu potẽtie anime ꝯm quarũ in
stinctũ est fuga. ideo tantũmodo sũt septeꝫ
peccata seu vicia capitalia.

Duplici modo septẽ

vicia capitalia se ostendunt: nunc palã: nũc
palliate.

n Otandũ insup q̧ ista vicia septem
seu peccata capitalia / qñqꝫ palam ⁊
publice se oñdũt. vt qñ directe fiũt
qñqꝫ vo sub quadaꝫ specie boni palliata se
ingerũt ⁊ decipiũt. Unde sup̱bia qñqꝫ sic
sibi ꝑsuadet. Uolo p̃esse vt possim ꝓdesse
Inuidia sic sibi ꝑsuadet: bona alijs nõ cu=
pio nec opto ne in ꝓsperitate successuũ ni=
mis extollant. Ira vo sic ꝑsuadet. Nõ de
beo mala mihi illata tolerare ne mihi infer
ri cõsuescãt. Accidia sic sibi persuadet. Ad
hoc mihi in laborib⁹ parco ne indiscrete ali
quid aggrediẽs deficiã ⁊ indiscretõis argu
ar. Auaricia sic sibi ꝑsuadet. mihi mlta ad
huc ꝯgreganda veniũt / ne ꝓpter casus for=
tuitos qui sup̱uenire p̃nt in inopiã incidã.
⁊ sic furtũ rapinã vel aliud iniustũ cõmit=
tam. Gula sic sibi ꝑsuadet. Corp⁹ meũ ci=
bis ⁊ potibus delicatis nutrio. quatin⁹ i sa
nitate cõseruet fortiusqꝫ efficiat. vt sic apti
us sit ⁊ valentius ad deo seruiendũ. Luxu
ria sic sibi ꝑsuadet non est malũ aliquanto
tempore ad libitum ⁊ cõplacentiã viuere / ⁊
postea fortiter penitere.

Septẽ vicia capita Q

lia septẽ ferocibus bestijs compant.

n Otandũ p̃terea q̧ p̃dicta septẽ vi=
cia seu pctã capitalia septẽ tam fero
cibus q̃ immũdis bestijs ꝯpari cõ
sueuerũt. Sup̱bia seu vana glia ꝯpat leo=
ni. Inuidia ꝯpat cani. Ira compat lupo.
Accidia compat asino. Gula compat vr
so. Luxuria compat porco. Auaricia com
paratur ericio. ¶ Similiter etiam compa=
ri consueuerũt septem grauibus infirmita
tibus. Sup̱bia seu vana gloria compatur
corpis inflationi. Inuidia compat lepre.
Ira compat frenesi. Accidia compatur le

thargie. Auaricia compaꝛ̄ hydropisi. Gu
la compaꝛ̄ epilentie. Luxuria compatur fe
bri. ¶ Est insup notandū ⁊ bene cōsiderā
dum ꝙ ista septem peccata seu vicia capita
lia: deuota ac frequēti passionis xp̄i medita
tione / curanꝛ̄. Nam q̄ debit⁊ ea q̄ ipse dn̄s
noster ih̄s xp̄s in sua sacratissima passione
egit ⁊ sustinuit cōtemplaꝛ̄ / reperiet ꝙ he se-
ptem mortifere pestes ibidē mirabiliter cu-
rantur. Etenī sui sacri capitis in cruce hu-
millima inclinatio / curat superbiā. Sui sa
cri lateris apertio curat inuidiam. Oratio
sua ꝑ inimicis curat iram. Portatio cruc̄
curat accidiā. Traditio sui spiritus patri.
sui corporis cruci. sue matris discipulo. et
suarū vestiū suis crucifixoribus curat aua-
riciam. Potatio aceti ⁊ fellis curat gulam.
Et sua flagellatio curat luxuriā. ¶ Notā-
dum insup ꝙ p̄dictoꝝ peccatoꝝ / vnum ex
alio nascitur. qḋ sic apparet. Superbia eñ
quia omnes p̄cellere vult ⁊ appetit: statim
quādo aliquē sibi equari videt aut timet.
in se dolere ⁊ cōturbari incipit. ac exinde cō
tra illum ad ip̄m suū bonū quo sic eum si-
bi equari timet / impediendū ac diminuen
dum moueꝛ̄. ⁊ sic ex superbia nascitur inui
dia. Inuidus v̄o quia de facili ei cui sic in-
uidet irascitur ⁊ cōtra eum quasi toto spiri
tu cōmoueꝛ̄. ideo ex inuidia nascitur ira.
Cum aūt sic contra aliū cōmotus ⁊ iratus
vindictā de illo appetat / ⁊ se vindicari que
rat in quo si eū deficere cōtingat / in animo
suo cōtabescit ⁊ cōtristaꝛ̄. ideo ex ira nasci-
tur quedā mentalis tristicia que a doctori-
bus accidia nuncupaꝛ̄. Cuꝫ v̄o sic animo
tristis ⁊ cōtabescēs consolationē ⁊ quādaꝫ
sui exaltationē quaꝫ in seip̄o non habet / in
rebus exterioribus querat. ⁊ quāto plura
cōgregare poterit / maiorē se habiturū spe-
rat. ideo ex accidia nasciꝛ̄ auaricia. Auar⁹
autem qui bonis tempalibus abundat. et
sic ea que ad delectationē in cibis ⁊ potib⁹
faciunt facilius compare ⁊ ad sui libitū ha
bere potest. ideo ex auaricia nascitur gula.
Gula v̄o propter ventris repletionē / vari-
asq̄ꝫ ciboꝝ ⁊ potuū delectabiliū species q̄-
bus reficiꝛ̄ / facillime despumat in libidinē
ideo ex gula nasciꝛ̄ luxuria. ¶ Notanduꝫ
insup ꝙ plura p̄dictoꝝ septem viciorū seu
peccatoꝝ capitaliū dicunꝛ̄ radices ⁊ inicia

seu cause alioꝝ diuersis tn̄ respectib⁹. ¶ Su
perbia eñ primo diciꝛ̄ radix ⁊ initiū om̄is
peccati ꝓpter tres causas seu rationes. Pri
mo ꝓpter causam q̄ in omni peccato inue-
nitur scꝫ ꝯtemptus dei q̄ est quedam causa
omnis peccati. Iste aūt ꝯtemptus ē auer-
sio a creatore. que in omni peccato est. q: in
omni peccato / p̄ponit bonuꝫ cōmutabile
bono incōmutabili. Iste ꝯtemptus nō ni-
si ex supbia ꝓcedit. ⁊ ex ea ꝙ maxime. Et iō
diciꝛ̄ ꝙ sicut sine charitate alie virtutes ni
hil sunt / ita sine supbia alia vicia nihil sunt
Abstrahe supbiam ⁊ habebis graꝫ. Quia
supbis deus resistit. humilib⁹ aūt dat graꝫ
¶ Secūdo diciꝛ̄ supbia radix ⁊ initiū om-
nis peccati. quia fuit primū peccatoꝝ. Hoc
eñ peccato peccauit p̄mo diabolus in celo
⁊ primus hō in padiso. Tertio d̄r superbia
radix ⁊ initiū omnis peccati / q: ex ea ꝭm p̄-
us ⁊ posterius hoc ē mediate vel īmediate
nascuntur alia vicia ⁊ peccata. vt aliquali-
ter supra ostensum est in notabili īmedia-
te p̄cedenti. ¶ Libido etiam ꝑut Augus.
ponit dicitur causa omnis peccati. sed alio
respectu ꝓpter scilicet inordinatam delecta
tionem que ex ip̄a libidine habetur in crea
tura. que delectatio inordinate afficit et at-
trahit animā ⁊ auertit a summo bono. Est
enim libido voluntas improba qua moue
tur anima rationalis ad hoc ꝙ inordinate
delecteꝛ̄ in creatura. Et ex hac libidine oīa
alia peccata ꝭm prius ⁊ posterius. hoc est
mediate vel immediate. alia tamen via seu
ordine ꝙ̄ a superbia insurgunt. ¶ Cupidi-
tas etiam sicut ponit apostolus radix diciꝛ̄
omniū maloꝝ. quasi eodem respectu iuxta
suum esse sicut diciꝛ̄ libido iuxta suū. Nā
sicut libido vt statim dictum est diciꝛ̄ cau-
sa omnis peccati ꝓpter inordinatā delecta
tionem que ex ip̄a libidine habeꝛ̄ in creatu
ra que delectatio inordinate afficit ⁊ attra-
hit animā ⁊ auertit a summo bono. sic cu-
piditas in suo esse diciꝛ̄ radix omniū malo
rum / ex inordinato amore. qui ex ip̄a cupi-
ditate habeꝛ̄ ad creaturā. qui inordinatus
amor similiter afficit ⁊ attrahit aninam ⁊ a
summo bono auertit. Ex quo inordinato
amore omnia alia peccata ꝭm prius ⁊ po-
sterius hoc ē mediate vel īmediate. alia ta-
men via seu ordine ꝙ̄ a supbia ⁊ ꝙ̄ a libidīe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

insurgūt ⁊ oriunt̄. ¶ Luxuria etiā ſm Caſ-
ſianū dicit̄ radix omnis peccati. quia car-
nales delectationes ſunt nobis naturales
⁊ ad naturalia proni ſumus ⁊ inclinati. ac
eis cū difficultate reſiſtimus. Attracta igi-
tur ⁊ affecta per luxuriaȝ anima in omnia
alia vicia faciliter ⁊ ſine cōſideratōe ac mo-
deramine. ſm tamē prius ⁊ poſterius hoc
eſt mediate vel imediate ex vno. ſ. in aliud
ꝓlabit̄. alia tamen via ⁊ ordine q̄ per ſup-
biam ⁊ q̄ per libidinem ⁊ q̄ per cupidita-
tem. ¶ Poſſent iſta ꝓfuſius declarari ſed
q̄tum ad breuitatē huius tractatuli cōue-
nit. ſatis ſint que tacta ſunt. qui ampliora
videre voluerit doctores habeat ſolennes.
⁊ inter ceteros beatū Thomā ſcd̄a ſcd̄e. et
ſummā de vicijs ⁊ v̓tutibus.

De ſeptem vicijs capitalibus in ſpeciali. Et primo differentia inter ſupbiā ⁊ inanē gloriā.

R

i Stis ſic p̄notatis dicendum venit
de quolibet p̄dictorum ſeptem vi-
ciorum capitalium in ſpecie ſeu in
particulari. Et primo de ſuperbia. Circa
quam notandū eſt ꝙ licet cōmuniter non
fiat diſtinctio inter ſuperbiā ⁊ inanē gloriā
imo ponat̄ inanis gloria filia ſupbie. Gre-
go. tamē inter eas differentiā ponit. imo ſu-
perbiā dicit reginā ⁊ matrē omniū vicioꝝ.
Quod intelligendū eſt Grego. accepiſſe ꝓ
ut ſuperbia cōſiderat̄ ſcd̄m quādam redū-
dantiam ⁊ generalitatē quam habet in alia
peccata inq̄tum. ſ. ex ipa omnia peccata ori
ri poſſunt. Et hoc duplici via ſeu ratione.
Uno modo per ſe ⁊ directe inq̄tum. ſ. alia
peccata ordinant̄ ad finē ſupbie que eſt ꝓ-
pria excellentia ad quaȝ poteſt ordinari qc-
quid hō indebite ⁊ inordinate appetit. alio
modo indirecte ⁊ quaſi p accidēs remouē-
do ꝓhibens. inq̄tum. ſ. per ſuperbiaȝ: hō
legem diuinā ꝯtemnit. per quā ꝓhibetur a
peccādo ⁊ trāſgredit̄ mādata. Intelligitur
tamē hoc quādo illa trāſgreſſio mādatoꝝ
fieret ex ꝯtemptu. Nam fieri poſſit ex igno-
rantia vel infirmitate. ꝙ ibi nō eſſet ſuper-
bia. Ut igitur ſemper natura ipoꝝ viciorū
clarius eluceſcat ꝓcedatur hic opinionem
Grego. inſequendo. ¶ Differentia aūt que
cōmuniter inter ſuperbiā ⁊ inanem gloriā
aſſignat̄ eſt. quia licet in vtraq; ſit imodera-
tus ⁊ inordinatus ꝓprie excellentie appeti-
tus / qui ſcȝ non eſt ſm rectam ⁊ debitā ra-
tionem / in hoc tamen differunt. quia ſuper-
bia excellentiā ꝓpriam inordinate appetit.
Inanis v̓o gloria excellentie ꝓprie mani-
feſtationē. ita ꝙ ſupbia ꝓprie conſideratur
inq̄tum ille inordinatus ꝓprie excellentie
appetitus habet̄ ab intra etiā ſi nō ab extra
ꝓgrediat̄. Inanis gloria trāſit ab extra. q̄a
illā excellentiā appetit ab extra apparere. ⁊
in ore alioꝝ apparere ⁊ manifeſtari.

De ſupbia in particulari ꝓut diſtinguit̄ ab inani gl̄ia ⁊ ponit̄ quaſi regina alioꝝ vicioꝝ.

d Icetur ergo primo de ſuperbia
que ſicut aliqualiter tactum eſt
ſm Auguſt. diffinitur. Super-
bia eſt peruerſus proprie celſitu-
dinis appetitus. Dicit etiā Auguſ. ꝙ ſup-
bia omnibus homībus inuidet. ſ. ſuperio-
ribus. quia eis non equat̄. Paribus. quia
ſibi equātur. Inferioribus ne ſibi equētur
¶ Dicit̄ etiā ſuperbia omnis peccati radix
⁊ initium propter tres rationes ſupra in pe-
nulti. capi. immediate precedenti tactas.
Grego. xxxj. li. moral. quatuor ſpecies ſu-
perbie aſſignat. Prima eſt cū homo bonū
qd̄ habet / eſtimat ſe a ſeipſo habere. Scd̄a
ſpecies eſt cū homo bonū quod habet / ſibi
deſup datum credit. ſed tamen ſe reputat il-
lud p ſuis meritis accepiſſe. Tertia ſpeci-
es eſt cū homo iactat ſe habere bonum qd̄
non habet. Quarta ſpecies eſt cū hō deſpe-
ctis ceteris appetit ſingulariter videri habē
bonum qd̄ habet ¶ Et eſt aduertendū ꝙ
hic iactantia accipit̄ q̄tum ad interiorem
cordis arrogantiā. Quia ſi caperet̄ iactan-
tiam q̄tum ad exteriorem actuȝ quo quis
falſe ſe diceret vel laudaret habere bonum
quod non habet / magis ꝓprie ꝑtineret ad
peccatū inanis glorie ⁊ etiam ad peccatum
mendacij q̄ ad peccatū ſuperbie ꝓut ſumi-
tur hic ⁊ a beato Greg. ¶ Iſtarū aūt qua-
tuor ſpecierū ⁊ ſufficiētia ſic ſumit̄. Dictuȝ
eſt ſuperbiā eſſe inordinatū ꝓprie excellen-
tie appetitum. Omnis aūt excellentis acce-
dit homini ratōe alicuius boni quod ha-
bet. Bonūȝ aūt quod habet hō / tripliciter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

potest cōsiderari. Uno modo ſm se. Alio
modo ex parte cause qua habet̄. tertio mo-
do ex parte modi ipm̄ bonuꝫ habendi. Re
spectu primi certum est ꝙ quanto bonum
quod quis habet maius est: tanto per hoc
maiorem excellentiam consequit̄. Ex quo
contingit ꝙ homo cuius appetitus inordi
nate vel vltra modū sibi cōueniente/in suā
propriam excellentiaꝫ tendit/sibi in animo
suo attribuit bonum quod non habet vel
maius ꝙ̄ habet. ⁊ tunc est tertia species su-
perbie supra posita. que est. s. cum q̄s iactat
se habere bonum quod non habet. Respe
ctu secundi certum est ꝙ quādo homo bo
num quod habet. habet ex seip̄o. ip̄e excel-
lentiꝰ habet ꝙ̄ si haberet ab alio. Et ex hinc
procedit. ꝙ homo cuius appetitus inordi
nate ⁊ vltra modum debitum ⁊ sibi conue
nientem in suam propriam excellentiā ten-
dit. illud bonum quod habet ab alio/ esti-
mat in suo animo ⁊ sibi attribuit habere a
seip̄o. Et quia dupliciter aliquis potest eē
causa boni sui. Uno modo efficienter. alio
modo meritorie. ſm hoc sumūtur due pri-
me species superbie supra posite. Nā si ho
mo illud bonuꝫ quod a deo habet/estimet
⁊ reputet se a semetip̄o habere. ⁊ sic efficien-
ter/tūc est prima species superbie supra po
site. Si vero illud bonum quod a deo ha-
bet/estimet se ⁊ reputet a deo habere/sꝫ suis
meritis. ⁊ sic meritorie ⁊ tunc est secūda spe
cies. Respectu tertij certum est ꝙ quāto ali
quis bonum quod habet excellentiori mo
do ꝙ̄ alij possidet. tanto per hoc maiorem
excellentiam consequitur. Et hinc ē ꝙ ho-
mo cuius appetitus inordiate ⁊ vltra mo
dum debitum ⁊ sibi conuenientem in su-
am propriam excellentiam tendit/illud bo
num quod habet. estimat in suo animo et
sibi attribuit excellentius habere ꝙ̄ ceteri ⁊
tunc est quarta species superbie supra posi
ta. scilicet cum quis despectis ceteris appe-
tit singulariter videri habere bonum quod
habet. ¶ Ex quibus apparet clara suf- G
ficientia specierum superbie per Grego
rium assignata. ¶ Est tamen aduertendū
ꝙ scd̄m diuersos doctores. plures ⁊ alie as
signantur superbie species. Hieronymꝰ as
signat ingratitudinem specie superbie. Au
gustinus dicit ꝙ se excusare de peccato cō-
misso/ad superbiā pertinet. Etiam presum
ptio qua quis tendit ad assequendum ali-
quid quod est supra se/ad superbiā pertine
re videtur. Bernardus etiam duodecim
gradus ponit superbie. qui sunt curiositas
mentis leuitas. inepta leticia. iactantia sin-
gularitas. arrogantia. presumptō. defensio
peccatorum. simulata confessio. rebellio. li
bertas. peccandi consuetudo. Sed qui de-
bite cōsiderat omnes hmōi spēs seu gradꝰ
ad quatuor spēs p Greg. vt tactū ē assigna
tas/reduci possunt/⁊ sub eis ꝯprehēdūtur.
¶ Nam p̄ma ingratitudo de qua loquit̄
Hiero. reducit̄ ad primā speciē. q2 ingratꝰ
sibi ꝓprie ⁊ in effectu attribuere videt̄ ha-
bere a semetip̄o illud bonū qd̄ ab alio ha-
bet/cū illud recognoscere nolit. Excusatio
de peccatis. de qua loquit̄ aug. ꝓprie perti
net ad tertiā speciē. q2 sic se excusans videt̄
se iactare habere bonū qd̄ non habet. s. bo-
num innocētie. Presumptio aūt qua q̄s tē
dit in id quod supra ip̄m est ꝓprie ad quar
taꝫ speciē ptinet. ſm quā q̄s appetit p̄ alijs
singulariter videri. ¶ Duodecim vō gra-
dus supbie quos ponit Bern̄. licet ſm qd
⁊ ſm modū accipiēdi ip̄ius Bern̄. ad sup
biam ptineant. nō oēs tamē accipiunt̄ ſm
ip̄am ꝓpriā naturā seu essentiā supbie cui
assignant̄. Sed sumūt aliq̄ tam ſm diuer-
sas hoīm conuitōes ꝙ̄ ſm cōpatōeꝫ ad ḡ-
dus hoīm q̄ vel sunt maiores vel equales
vel minores. Non solū etiā in dictis duo
decim gradibꝰ tāgunt̄ spēs alique superbie
sed etiā quedā ip̄am supbiā antecedētia et
quedā consequētia. ¶ Sumunt̄ etiā p̄di-
cti duodecim gradus supbie a Bern̄. assi-
gnati: per oppositū ad duodecim gradꝰ hu
militatis. q̄s btūs Bn̄dictus in sua regu-
la ponit. ¶ Primꝰ ei gradꝰ hūilitatꝭ ab ip̄o
btō bn̄dicto assignatꝰ est corde ⁊ ope sp hu-
militatē ostēdere defixis in terrā aspectibꝰ.
Contra quē ponit Bern̄. p̄mū gradū sup-
bie. curiositatem. Nam iuxta quod dicit.
Mens hoīs suijp̄ius incuriosa. qd̄ ex pro
prioꝝ meritoꝝ vana estimatōe ꝓcedit. alio
rū. cōiter curiosa efficit̄. ⁊ iaꝫ vel ad ea q̄ ad
ip̄aꝫ n̄ spectāt imoderate cogitēda. vl̄ mo
res viciaqꝫ alioꝝ iq̄rēda se trāsfert hinc inde
oculos vagari. capiteqꝫ erecto ac aurībꝰ su-
spensis incedere incipit. ¶ Secūdus gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.7

dus hūilitatis a dicto bn̄dicto assignat⁹ est
vt pauca v̄ba ⁊ rōnabilia qs loquat̄ ⁊ non
clamosa voce. Cōtra quā ponit Bern̄. se-
cundū gradū sup̄bie. leuitatē m̄etis quam
ex gradu p̄cedenti oriri ponit. Nā vt dicit.
animus hoīs nulla sui cura aggrauatus.
dum mores ⁊ vicia alioꝝ curiose circūspi-
cit in quādaz leuitatē ⁊ instabilitatē trāsit.
Nam dum nūc aliquos sibi sup̄iores aspi
cit iam se sup̄ari dolet ⁊ per inuidiam tabe
scit. Dum v̄o nunc alios sibi inferiores cer
nit / per quandā vanā excellentiā pueriliter
hilarescit. Nunc pauca ⁊ mordacia loquit̄
nunc multa ⁊ inania. nunc risu. nūc luctu
plena. ¶ Tertius gradus hūilitatis a bea
to Benedicto assignatus. vt quis nō sit fa
cilis aut ꝓmptus in risum. Contra quem
ponit Bern̄. tertiū gradū superbie ineptaz
leticiā. quā ex duobus gradibus īmediate
p̄cedentibus oriri dicit. Nam dum per cu
riositatē ad animi seu mentis leuitatez qs
deuenit ⁊ gaudiū quod ex sui p̄sumptōne
concepit per tristiciam quam interdum de
alienis bonis contrahit interpolari metuit
statim ad remediū false consolationis con
fugit. ita vt bene sibi conscius. vel sui obli
tus. vel ab omni culpa absolutus putetur
Nunc apparet in fronte hilaritas. nunc in
signis scurrilitas. nunc ad iocum pronitas
nun vanitas in incessu. nunc facilitas in ri
su. ¶ Quartus gradus humilitatis a di-
cto beato Benedicto assignatus ē tacitur-
nitas vsq̧ ad interrogationē. Contra quē
ponit Bernardus quartū gradum super-
bie. iactantiā. quam ex p̄cedenti gradu ori-
ri dicit. Nam dum mente in ineptam leti-
ciam resoluta. vanitas crescere ⁊ grossesce-
re inceperit. iam necesse est vt laxato sinu ab
extra erumpat. querit tunc quibus omne
quod sentit effundat. preuenit interrogan-
tem. non querenti respondet. Nunc que-
rit ⁊ soluit. nunc ieiunia laudat. commen-
dat vigilias. somnia profert ⁊ visiones.
¶ Quintus gradus humilitatis a beato
Benedicto assignatus est tenere quod ha-
bet cōmunis obseruātia. Contra quē bea-
tus Bernardus quintū graduz sup̄bie po-
nit singularitatē quaz ex precedenti gradu
oriri dicit. Turpe etenī esset ei qui se supra
ceteros extollit ⁊ iactat / nisi plus vel aliter
q̄ ceteri / aliquid speciale ageret. quo vltra
eos apparere possit. Talis plus sibi de ali-
quo p̄ticulari bono quod se facere estimat
blanditur. q̄ si decies plus in cōmunitate
faceret. Pallorem suuz in vultu / ⁊ maciem
in manibus. ⁊ talia que in seip̄o videre po
test / speculatur. ad sua particularia strenu
us. ad cōmunia piger. vigilat in lecto ⁊ dor
mitat in choro ⁊ huiusmodi. ¶ Sext⁹ gra-
dus humilitatis a dicto beato Benedicto
assignatus est credere ⁊ pronūciare se om-
nibus viliorem. Contra quem ponit bern
hardus sextum gradum superbie arrogan
tiam. quam ex precedenti gradu oriri dicit
Nam cum quis talia opera sic singulari-
ter agit. iam apud simpliciores eius fama
seu opinio crescere incipit qui ip̄a eius ope
ra que vident probant. quia discernere ne-
sciunt qua intentione procedant. sicq̧ duz
miser ille ab alijs beatificatur. apud se in er
rorem inducitur. Credit enim quod audit
sed quid intendat non attendit. ⁊ dū plus
de seip̄o alijs q̄ sibi credit. non solum ver-
bo aut operum ostentatione probitatē de-
monstrat. sed interno etiam sui cordis affe-
ctu se alijs sanctiorem credit et reputat.
¶ Septimus gradus humilitatis ab ipso
beato Benedicto assignatus est se ad om-
nia indignum ⁊ inutilem credere ⁊ confite
ri. Contra quez ponit beatus Bernardus
septimum gradum superbie. p̄sumptionez
quam ex p̄cedenti gradu oriri dicit. Nam
qui se in animo alios precellere putat. quo
modo esse potest quin plus de se quam de
alijs p̄sumat. Talis primus in conuenti-
bus residet. primus in consilijs respondet.
Non vocatus accedit. nō iussus se intro-
mittit. quicq̄d ip̄e fecerit recte factum. quic
quid v̄o nō fecerit inordinate factum repu
tat. si vt optat nō ꝓmoueat̄ / sup̄iorē suum
aut inuidū aut deceptū iudicat. in minori-
bus obedire indignat̄. q̄r ad maiora se re-
putat idoneū. ¶ Octauus grad⁹ humili-
tatis a dicto beato Bn̄dicto assignat⁹ ē cō-
fessio peccatoꝝ. Cōtra quem ponit Bern̄.
octauū gradū sup̄bie. defensionē peccatoꝝ
quā ex p̄cedēti gradu oriri dicit. Etenī q̄ se
faciliter ad oīa ingerit / impossibile q̄si ē q̄n
aliq̄n̄ deficiat. cū ergo tal' a suo sup̄iori cor-
rigi cepit: culpā suā q̄r habere nō putat / nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

agnoscit ⁊ tūc in varias peccatoꝝ suoꝝ excusatōes se ponit. aut em̄ fecisse negat. aut fecisse confiteꝛ. sed q̄ bn̄ fecit. aut si male se fecisse fateaꝛ. dicit tn̄ q̄ nō multū male. et si multū male / q̄ nō mala intentōe. ⁊ si iterum de mala intentōe ꝯuincaꝛ / aliena se dicit suasione peccasse. Et q̄uo talis q̄ aperta defendit. malas sui cordis cogitatōes reuelaret. ¶ Non⁹ grad⁹ hūilitatꝭ a dicto beato Bn̄dicto assignat⁹ est. Pro obediētia in duris ⁊ asperis patiētiā āplecti. Cōtra quē ponit Bernard⁹ nonū gradū supbie. simulatā cōfessionē quā ex p̄cedenti gradu oriri dicit. Nā q̄ vt tactū est. sic ex arrogantia et p̄sumptōe peccata sua excusant. si vt interdum cōtingere pōt de manifestiorib⁹ culpis arguanꝛ sciētes q̄ si defenderēt nō crederetꝛ eis. ad subtiliora se cōuertūt argumēta defensiōis verba respōdendo dolose cōfessionis. Nūc eteni vultū dimittūt. corp⁹ ꝓsternūt. lachrymas sibi si pn̄t extorquēt: suspiria ⁊ gemit⁹ emittunt. Sed si eis leuis aliqua ꝯtumelia aut exigua pena inferaꝛ. iam suā simulatōez dissimulare nō valentes / murmurare frendere irasci ⁊ cōturbari incipiūt. ¶ Decimus gradus humilitatis a dicto beato Bn̄dicto assignat⁹ est Ut cū obediētia quis se subijciat maiori. Contra quē ponit Bern̄. decimū gradū superbie. rebellionē quā ex p̄cedenti gradu oriri dicit. Cū em̄ sic simulate suam culpā confitens penā sibi impositā impatiēter sustinet seq̄ iam ab alijs notari: ac suā falsitatē conspici. ⁊ exinde suaz opinionē ⁊ laudē diminui videt. grandē in corde suo supbo cōfusionē habet valde tūc difficile est talē hmōi vniuersoꝝ iudicijs tacitū acq̄escere. sꝫ mox frontosus impudēs. ⁊ q̄si desperat⁹ in rebellionē corruit. Et qui prius solū fratres cōtempserat. iam impudēter ⁊ potēter inobediens etiā cōtemnit magistrū. ¶ Undecimus grad⁹ humilitatis a dicto beato Bn̄dicto assignat⁹ est. Ut q̄s voluntatē ꝓpriaz nō delectetur implere. Cōtra quem ponit Bern̄. vndecimū gradū supbie libertatez peccandi quam ex p̄cedēti gradu oriri dicit Nā cū subdit⁹ magistrū vel supiorē non timere incipit. nec p̄ximos seu fr̄es. aut sodales habet q̄s vereꝛ in q̄dā securitate maiori q̄ libertate ad sua desideria implēda profluit in ipsisq̄ adimplēdis delectaꝛ. ⁊ q̄uis forsitan nō penit⁹ in p̄ncipio dei formidine abiecta q̄si vadū tēptās / illicita cū quodā timore p̄ficiat. postmodū tn̄ pedetētim in viciorꝝ gurgitē intrat. ¶ Duodecim⁹ gradus humilitatis a dicto beato Benedicto assignatus ē. vt quis deuz timeat. ⁊ memor sit omniū que p̄cepit. Cōtra quē ponit bern̄. duodecimū gradū supbie. ꝯsuetudinē peccandi quā ex p̄cedēti gradu oriri dicit. Nā postq̄ terribili dei iudicio / p̄ma flagicia impunitas sequiꝛ. tūc p̄ quādam frequētiam maloꝝ actuū / homo in quādaz peccādi cōsuetudinē trahiꝛ. Ex hincq̄ carnalibus desiderijs absorptus rationisq̄ ac timoris dei oblitus. indifferēter suis libitis vtiꝛ. Nec ab illicitis cogitādis ⁊ pagēdis restringiꝛ. sed quicq̄d sibi in corde. in ore. in manu occurrit. machinaꝛ. garrit. ⁊ opaꝛ maliuolus quidē magniloqu⁹. facinorosus. ¶ Istoꝝ duodecim graduū numer⁹ ex hoc accipiꝛ. q̄r homo p̄ superbiam cōiter iniuriaꝛ. Uel deo. vel homini cui debet eē inferior vl' homini cui debet eē par. Sex p̄mi gradus determinanꝛ s̄m iniuriā que p̄ superbiam fit homini cui q̄s debet eē par. Quatuor alij sequētes gradus determināꝛ s̄m iniuriā / que p̄ superbiā fit homini cui q̄s debet esse inferior. Duo vero vltimi gradus determinanꝛ q̄tuz ad iniuriā / que p̄ superbiā imediate deo fit. Et notāter dicitꝛ imediate. q̄r etiā alij gradus redūdant in deuz: sed non imediate imo mediante primo. ¶ Grad⁹ aūt dicunꝛ q̄r a minori ad maiorē fit ꝓgressus. Etiā ꝓpter grauedinez peccatoꝝ / que iuxta illos grad⁹ cōmittunꝛ. Prim⁹ em̄ gradus mal⁹ est. scōs peior ⁊ sic ascēdēdo vsq̄ ad vltimū qui repieꝛ eē pessimus omniuz. Unde iniuria q̄ fit respectu parꝭ est minor. illa q̄ fit respectu supioris ē maior. sed illa q̄ fit respectu dei est maxima ꝓpter q̄ p̄dicti gradus taliter ordinanꝛ.

De vicio seu peccato inanis glorie.

n Unc dicendū est de inani gloria quā Greg. ponit eē primū viciū capitale. Que sic describiꝛ. Inanis gl'ia ē inordinat⁹ appetitus laudis. gl'ie ⁊ honoris. Finis em̄ p̄ncipalis inanis gl'ie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

eſt manifeſtatio ꝓprie excellētie. ¶ Inanis
glorie ſeptē a beato Grego. xxxi. moral. fi-
lie aſſignant̄. ſ. iobediētia. iactātia. hypocri
ſis. contētio ꝑtinacia. diſcordia nouitatu;
pſumptio. Quarū numerus ſeu ſufficien-
tia ſic ſumit̄. Finis inanis glorie vt ſup̄ di
ctum ē. eſt manifeſtatio ꝓprie excellētie. Ad
manifeſtatōem aūt ꝓprie excellētie pōt qs
dupliciť tendere. Uno mō directe. alio mō
indirecte. Si directe aut fit ꝑverba aut fit ꝑ
facta. Si ꝑ verba tūc eſt iactātia. Si per fa-
cta. Aut illa facta ſunt vera ⁊ aliquam am
miratōe; importātia/alias nulla cōſeque-
retur gloria. ⁊ tūc eſt nouitatu; pſumptio.
Nam eas ſolent hoīes magis ammirari.
Si aūt per facta ⁊ aliquā āmiratōe; vt di-
ctum ē habētia. ſed tn̄ nō vera imo ficta. et
tūc eſt hypocriſis. Si aūt tēdat hō ad ma-
nifeſtatōe; ꝓprie excellētie ſecundo modo
ſ. indirecte. Et hoc pōt cōtingere quadru-
pliciter. ſ. vel q̄tū ad intellectū. vel q̄tū ad
voluntatē. vel q̄tū ad locutionē. vel q̄tu;
ad factū. Si primo modo. ſ. q̄tum ad intel
lectum. ⁊ tūc eſt ꝑtinacia. per quam ſc; ho-
mo ad ſuā excellentiā oſtēdendā nimis in-
nititur ſue ꝓprie excellētie nolens cedē ſen
tentie meliori. Si ſcđo modo ſc; q̄tum ad
voluntatē. ⁊ tūc eſt diſcordia. ꝑ quā ſc; hō
ad ſuā excellentiā oſtētandā/ nō vult a pro
pria volūtate diſcedere vt in aliū ſeu ī alio
concordet. Si tertio modo. ſ. q̄tum ad lo-
cutionē ⁊ ſic eſt cōtentio. per quā ſc; homo
ad ſuā excellentiā oſtētandā: clamoſe v̄bis
contra alium litigat volens vincere ⁊ obti
nere. Si quarto modo ſc; q̄tum ad factu;
⁊ ſic eſt inobedientia: per quā ſc; homo ad
ſuam excellentiā oſtētandam: nō vult exe-
qui p̄ceptū ſupioris/ ne exequendo videat̄
in aliquo inferior.

De vicio ſeu pecca D to inuidie.

ſ Ab ſequēter de inuidia tractan-
dum venit. Que ƀm Auguſ. eſt
dolor ſeu odiū felicitatis aliene.
Scđm v̄o Ioħ. damaſcenū. eſt
triſticia de alienis bonis. Et diciť inuidia
a nō videndo q2 ſc; bona alioꝝ videre non
poteſt ſeu nō libenter videt. Et q2 diſplicē
tia boni alterius q̄ interius habetur: poteſt
quodāmodo ꝑ actū viſionis exterius de-
notari ſeu ꝑcipi/ ideo ꝓprie diciť inuidia a
nō vidēdo. i. nō libēter videndo. Nā ſicut
dicit Seneca. Quicqd mēte fugimus/ inge
ſtū oculis vix videm⁹. Et ideo illa interior
diſplicētia/ ꝓprie inuidia dr. ¶ Ipius aūt
inuidie qnq; ꝑ Grego. aſſignant̄ filie. xxxi.
moral. ſc; odiū. ſuſurratō. detractio. exulta
tio in aduerſis ꝓximi. aflictio in ei⁹ pſperit̄
¶ Quarū numer⁹ ſeu ſufficiētia ſic accipit̄
In conatu em̄ inuidie. qn̄ ſc; aliqs contra
aliū inuidia in aīo motus/ ipam ad effectū
ꝑducere nitiť/ aliqd eſt tanq̄ principiū ali-
quid tanq̄ mediū. aliqd tanq̄ termin⁹ ſeu
finis. Illud aūt qđ ē tāq̄ principiū/ ē vt pri
mo inuidus apud alios verbo diminuat
gloriā ſeu famā hoīs. Et hoc pōt continge
re dupliciter. Uel in occulto. ⁊ tūc eſt ſuſur
ratio. que eſt qn̄ aliquis malum occulte de
ſuo ꝓximo dicit. eius famā denigrādo Et
iuxta Iſido. diciť a ſono locutōis. quia ꝓ
prie fit in aure ⁊ ſecrete. nō in facie hominū
Uel tēdit inuidus gloriam alterius dimi-
nuere in manifeſto ſeu in apto. ⁊ tūc eſt de
tractio q̄ eſt qn̄ aliquis apte malum de ſuo
ꝓximo dicit. eiuſq; famā denigrat. ledit et
diminuit. Et tn̄ circa iſta duo pctā aduer-
tendū. q2 ƀm Thomā ipa in materia ꝯue-
niūt ⁊ etiā in forma ſine mō loquēdi. quia
vtrobiq; malū de ꝓximo occulte dr. Et in
tellige hic occulte. i. nō audiēte eo de q̄ ſic
malū diciť. Et hinc eſt q̄ ꝓpter iſtā ſimili
tudinē vnū ꝓ alio ſepe ſumiť. Differūt ta-
men in ſpecie reſpectu finis ad quē ferť in-
tentio. Nā principalis intētio detractoris
eſt famā ꝓximi denigrare. Un̄ illa p̄cipue
mala de ꝓximo ꝓfert. ex qbus ipe ꝓxim⁹
infamari poſſit vel ei⁹ fama diminui. Su-
ſurronis v̄o intētio p̄ncipalis ē illū/ cui ſic
inuidet: ꝑ mala de eo dicat ab iīmicicia alio
rum ſepare. Detractor etiā ꝓprie ē q̄ apte ⁊
in facie hominū/ mala de aliquo loquitur
Suſurro aūt ad ꝑtē ⁊ ſecrete ⁊ quaſi in au-
re vt iam tactu; eſt. Illud aūt qđ eſt tanq̄
mediū/ eſt q̄ inuidus facto ꝑ ſe nec ꝑ aliu;
cōmodū ⁊ vtilitatē ſeu ꝓfectū alterius im-
pediat ſeu diminuat. Et tūc aut illđ facē ⁊
adimplere pōt. Et tunc exinde venit ⁊ oriť
exultatio in aduerſis ꝓximi. aut nō. ⁊ tunc
exinde venit ⁊ oriť afflictio in pſperis ꝓxi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

mi. Illud aūt qđ in inuidia ē tanq̄ terminus seu finis cōsistit in ipo odio / qđ inuidus de psona cui inuidet habet. Naʒ sicut bonū qđ delectat causat amorem. sic illud qđ cōtristat causat odiū. ¶ Est tn̄ p clariori pmissoꝝ intellectu aduertēdū q̄ afflictō in psperis ꝓximi / dupliciter pōt cōsiderari. Uno mō ꝑm quādā generalitatē / quando scʒ aliqs de psperis alicui⁹ inq̄tum habet aliquā gloriā seu famā tristat̄. Et tunc afflictio in psperis ꝓximi / nō est filia inuidie. imo est ipa inuidia met. Alio mō magis pticulariter inq̄tū scʒ quis de psperis ꝓximi que ipe nitebat̄ impedire tristat̄. inq̄tum scʒ contra suū conatū eueniūt. ⁊ tūc est ꝓpria filia inuidie. Exultatio em̄ in aduersis ꝓximi nō ē directe idē qđ inuidia. sʒ ex ea sequit̄ ⁊ nascit̄ exultatio de malo eiusdem. ¶ Est etiā notādū q̄ ē quedā inuidia que int̄ grauissima pctā ꝯputat̄. scʒ inuidentia fraterne grē. qn̄ scʒ aliqs nō solū de bono ꝓximi dolet. sed etiā de ipo augmento gratie dei qđ ipe ꝓximus habet. Et hmōi inuidia ponit̄ pctm̄ ꝯtra spm̄ sanctū. Quia per hmōi inuidiaʒ / hō quodāmodo videt̄ spūi sancto inuidere. eo q̄ in suis operibus glorificat̄. Et ideo ponitur hmōi inuidia species peccati in spm̄ sanctū vt latius infra videbit̄ vbi de pctō in spm̄ sanctū agetur.

¶ Notādū etiā q̄ licet interdū inuidia zelus noiet̄. ⁊ interdū p zelo accipiat̄. est tn̄ inter ea realis dr̄a. Pro q̄ sciendūʒ q̄ tristicia de alienis bonis / pōt q̄tuor modis seu causis cōtingere. Uno mō qn̄ aliquis dolet de bono alicui⁹ inq̄tum ex eo timet sibi ipi vel alijs bonis viris nocumētuʒ ꝓuenire. ⁊ talis tristicia nō ē inuidia ⁊ pōt eē sine pctō. Scđo mō qn̄ aliqs dolet de bono alteri⁹ nō inq̄tū ille alter illud bonū hʒ. sed ex eo inq̄tū ipe q̄ inuidet sib̄ bonū in se n̄ habet. imo sibi deest p vtēdo tn̄ ad bonuʒ finē. ⁊ ista tristicia nō ē inuidia. sed ē ꝓprie zelus. ⁊ si iste zel⁹ sit circa bona virtuosa seu honesta. laudabilis ē. Iuxta illud. j. ad Corin. xiiij. Emulami spūalia. Si aūt sit đ bonis tpalibus. pōt esse ⁊ cū pctō ⁊ sine peccato iuxta hoīs sic zelātis intētionē. ¶ Tertio modo qn̄ aliquis de bonis alterius dolet seu tristat̄ inq̄tuʒ ille cui illud bonū accidit ē ipo bono indignus. Et ista tristicia non pōt ꝓprie oriri ex bonis virtuosis seu honestis. ex qbus aliqs iustus ⁊ virtuosus effici pōt. q2 iam quodāmodo sibijpi repugnaret. Si vō oriat̄ ⁊ veniat ex bonis tpalibus / cū ꝑm doctrinā fidei tempalia bona que indignis ꝓueniūt ex iusta dei ordinatione disponant̄ vel ad eoꝝ dānationem. ⁊ hmōi bona tpalia q̄si nihil sunt in cōparatione ad bona futura q̄ ꝑuant̄ bonis. ideo hmōi tristicia ꝓhibet̄. Iuxta illđ ps. Noli emulari in malignātibus. neqꝫ zelaueris faciētes iniq̄tatē. Et alibi Pene effusi sunt gressus mei. q2 zelaui sup iniq̄s: pacē pctōrum videns. ¶ Quarto mō qn̄ aliquis dolet seu tristat̄ de bonis alterius. inq̄tū scʒ ille alter ipm in dictis bonis excellit seu excedit. Et hec tristicia est ꝓprie inuidia ⁊ ē sp praua ⁊ peccatū. quia dolet de eo de q̄ gaudendū est. s. de bono ꝓximi. ⁊ sic ꝓprie accipitur hic.

De vicio seu peccato ire. X

D Icēdū inde veit đ ira q̄ ꝑm Augu. sic describit̄. Ira ē vl'a scēdi libido. Scđm vō cassiodoꝝ sic describit̄. Ira ē immoderat⁹ animi mot⁹ ꝯcitat⁹ ad penā seu vindictā. Et intelligit̄ hec diffinitio. nō de ira q̄ ꝓcedit seu denoiat̄ p zelū que ē qn̄ qs ꝯtra ipa vicia mouet̄ ꝑm ordinē rōnis ad bonū finē. q2 etiā interdū hō sibijpi ꝓpter sua pctā ⁊ vicia irascit̄. sed intelligit̄ de ira q̄ ꝓcedit ⁊ noiat̄ p viciuʒ. de qua etiā solū hic agendū est. ¶ Ira em̄ duplex habet eē. s. nature ⁊ moris. Quo ad eē nature nō est ꝓprie nisi passio quedā. rōne cui⁹ passionis sic pure seu absolute considerate / ira nō ē pctm̄. imo magis ē pena. quo vō ad esse moris seu morale / inq̄tū illa passio deordiat a debito ordine rōnis debitoqꝫ fine. tūc dicit ⁊ importat viciuʒ ⁊ pctm̄. Nam ira isto mō nō dicit purā passionem imo quādā actōeʒ qua deordinat̄ homo ⁊ q̄tum ad deū ⁊ q̄tū ad ꝓximū. Uult em̄ a se vindictā exq̄rere quā nō debet nisi a đo vel a iudice cōstituto expetere. Uel illā vindictā exercere appetit ꝯ illū qui nō meruit. vel vltra id quod meruit. vel nō ꝑm legitimū modū ⁊ ordinē: vel nō ꝓpter debitū finem. Greg. xxxj. lib. moꝛal. sex assignat ire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

filias. que ſunt rixa. tumoꝛ mētis. cōtume
lia. clamoꝛ indignatō blaſphemia. ¶ Qua
rū numerꝰ ſeu ſufficiētia ſic accipit̃. Tripli
citer pōt ira ꝯſiderari. vno mō ſ̃m qꝺ eſt in
coꝛde. ſcꝺo mō ꝓut eſt in oꝛe ſeu locutōne
tertio mō ꝓut ē in facto ſeu ope. Quo ad ꝑ
mū modū ſcʒ inꝙtuʒ ira ē in coꝛde naſcū
tur duo vicia. Vnū in reſpectu ad illū con
tra quē hō iraſcit̃. qꝛ ſcʒ euʒ quodāmō ab=
hoꝛret ⁊ indignū reputat vt ſibi tale vel ta=
le qꝺ fecerit. ⁊ tūc ē indignatio. Aliud vici
um qꝺ inde naſcit̃ ē in reſpectu ad ipm ho
minē met qui iraſcit̃. inꝙtuʒ ſcʒ in aīo ſuo/
diuerſas vindicte vias excogitat. ⁊ talibꝰ ex
cogitationibꝰ animū ſuū replet. ⁊ tūc eſt tu
moꝛ mētis. Quo vͦo ad ſcꝺm modū. ſ. in=
quātuʒ ira oſtēdit̃ in oꝛe ſeu locutōe hͦ con
tingere pōt dupl'r. Vno mō qñ homo ſuā
demōſtrat irā ꝑ verba inoꝛdinata. ꝯfuſa al=
ta ⁊ indignatiua. ⁊ tunc ē clamoꝛ. Alio mō
qñ ſuā demōſtrat irā in vͦba iniurioſa ꝓrū
pendo. Et hoc dupl'r. Nam vel illud fit in
deū aut ſanctos. Et tūc eſt blaſphemia. aut
fit in ꝓximū ⁊ tunc eſt cōtumelia. Quo ad
tertiū modū. ſ. inꝙtuʒ ira oſtēdit̃ in ope. ſ.
qñ ꝓcedit vſqʒ ad factū. ⁊ tunc oꝛiunt̃ rixe
per q̃s hic intelligunt̃ ⁊ accipiunt̃ oīa no=
cumēta q̄ facta occaſione rixe ꝓximis infer
ri ſolēt. vt ſunt pulſatōes ꝑcuſſiones ⁊ hu
iuſmodi. ¶ Et inſuper aduertēduʒ ꝙ (vt
ſupra aliq̄liter tactū eſt) aliqꝺ viciū pōt eē
filia vniꝰ vicij capitalis. ⁊ nihilominꝰ inter=
dū ex alio vicio capitali ꝓcedere ⁊ hͦ diuer
ſis reſpectibꝰ ⁊ cōſiderationibꝰ. ſicut in hoc
ꝑſenti ꝓpoſito blaſphemia inꝙtuʒ aliq̃s in
eā ex deliberata mēte ꝓrūpit/ tūc ꝓcedit ex
ſupbia hoīs cōtra deum ſe erigētis. Vnde
Eccl'. x. Initiū ſupbie homīs apoſtatare a
deo. i. ab eius veneratōe ſeu honoꝛatōe re=
cedere. Inꝙtuʒ vͦo hō nō ex deliberata mē
te. ſed ex quadā ꝯmotōe ſeu furoꝛe animi/
in blaſphemiaʒ ꝓrūpit. ſic ꝓcedit ex ira ⁊ ē
filia ire. ¶ Sil'r tumoꝛ mētis nō accipit̃ hͣ
ꝓ vana ⁊ ſupba excogitatōe ꝓꝓrie excellen
tie q̄ quis animū ſuū implet. qꝛ tunc idem
eſſet in effectu qꝺ ſupbia. ſed accipit̃ hic ꝓ
quodā exterioꝛi conatu ſine excogitatione
hoīs/ vindictā ex ira appetentis ⁊ in aīo ex
cogitātis. Sil'r poſſet dici ꝺ odio qꝺ ex ira
naſci pōt. cum tñ ponat̃ ex inuidia naſci. ⁊
eius filia ſit. ſicut ſupra declaratū eſt cap'lo
īmediate ꝑcedēti. ¶ Vtrum aūt teneat̃ q̃s
iniuriā ſibi factā inimico req̄rēti remittere
diſtinguēdū eſt. Ex iniuria eñ tria oꝛiri ſo
lent. Primū ē rancoꝛ in affectu. Scꝺm ran
coꝛis ſignū in effectu. Tertiū ē actio ꝯ̃ iniu
riantē. Primū tenet̃ q̄libʒ ſtatim remittere
etiā ſi nō roget̃. Scꝺm tenet̃ q̃s remittē ſi
roget̃. ſ. veniā petēti. ⁊ iuxta ſuā facultatem
emēdare pato. Tertiū nō tenet̃ q̃s remittē
¶ An aūt ille cui facta ē iīuria debeat ami=
ciciā q̄rere. Sciēdū ē ꝙ duplex ē debitū. pri
mū ē neceſſitatis. ſcꝺm ē ꝑfectōis. Quātuʒ
ad ꝑmū. ſ. debitū neceſſitatis ſine q̊. ſ. nō ē
ſalꝰ. iniuriatꝰ nō tenet̃ recōciliatōeʒ ⁊ ami=
ciciā q̄rere. Quātuʒ vͦo ad ſecūdū debitum
dicit Chryſ. ꝙ talis iniuriatꝰ debet recōci=
liatōeʒ ⁊ amiciciā q̄rere ⁊ hoc maxīe vt ex=
inde duplicē coronā accipiat. Vnā qꝛ iniu=
riā paſſus ē. alterā qꝛ priꝰ rogauit. ¶ Notā
dū poſtremo q̄ ad hoc capitulū. ꝙ reddere
malū ꝓ malo/ ē fragilitatꝭ. redddē malū ꝓ
bono ē ꝑuerſitatꝭ. reddē bonū ꝓ bono eſt
eq̄tatis. reddē bonū ꝓ malo ē charitatis.

De vicio ſeu pecca y
to accidie.

ſ

Vbſequēter dicēdū venit de ac=
cidia. q̄ ſ̃m aliq̃s ſic deſcribitur.
Accidia ē de vͦtutū laudabili ex
ercitio/ vtriuſqʒ hoīs lāguida deiectio. Ali
ter ſic deſcribit̃. Accidia ē diffidētia de pro=
prijs viribꝰ ⁊ dei auxilio q̊ ad ardua bona
implēda. Scꝺm alios ſic. Accidia ē toꝛpoꝛ
mētis bona inchoare aut ꝑficere negligen=
ter. ¶ Notādū aūt ꝙ Iſidoꝛꝰ accidiā a tri=
ſticia diſtinguit dicēs triſticiā eē inꝙtū hō
recedit a bono ad qꝺ tenet̃ tanꝙ a graui et
laboꝛioſo. Accidiā vͦo dicit eē inꝙtum hō
ab illo bono diuīo ſeu ſpūali/ ſe ꝯuertit ad
quietē indebitā. Greg. vͦo accidiā triſticiā
noīat. ⁊ vt videt̃ ꝯueniētiꝰ. qꝛ triſticia de ſe:
ſ̃m quā aliq̃s a graui laboꝛioſo ope recedit
vel ſ̃m quā aliq̄bus alijs cauſis triſtat̃/ nō
eſt viciū ſpeciale ab alijs diſtinctū. Sʒ tūc
ſolū ſpeciale viciū dicit̃/ inꝙtuʒ hō ꝯtriſta=
tur de bono diuīo ſeu ſpūali. ⁊ tūc clarū eſt
ad ratōeʒ accidie ꝑtinere q̄ ſe ex eo ad q̄teʒ
indebitā ꝯuertit. inꝙtuʒ. ſ. bonū diuinum
ſeu ſpūale aſpnat̃. Et ſ̃m hec duo noīa ha

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

betur ꝓprie rō accidie. qꝛ inꝙtū ē auersio a
bono diuio ex eo ꝙ graue estimatꝰ tunc dꝛ
tristicia. sed inꝙtuȝ ē spreto ipo bono diui
no cōuersio ad creaturā. s. ad quietē indebi
tam. ex eo qꝛ leuis estimatꝰ ⁊ placēs / ratione
huiꝰ dꝛ accidia. Ex qbus ptȝ ꝙ hoc viciū
inꝙtuȝ ē vel dꝛ tristicia opponitꝰ leticie spi-
rituali. Sed ꝓut ē ⁊ vocatꝰ accidia. opponitꝰ
ꝟtuti fortitudīs. q̄ cōsistit in arduis aggre-
diēdis ⁊ in sustinēdis aduersis. Et denoia
tur acedia ab acedine. qꝛ ꝑ eā aīa quādā hȝ
acedinē quādāqȝ gustꝰ spūalis indispositio
nē de bono diuio seu spūali difficili. ¶ Sȝ
ſm btm̄ Greg. xxxj. li. moral'. sex assignantꝰ
acedie filie. s. malicia. rācoꝛ. pusillanimitas
despatio. torpoꝛ circa p̄cepta. euagatio mē-
tis circa illicita. Quarū numerꝰ seu sufficiē-
tia sic accipi pōt. Cū em̄ iuxta ph̄m i Ethi.
nullꝰ diu absqȝ delectatōe possit cū tristicia
manere. ⁊ vt tactū ē: acedia sit tristicia ď bo
no diuino tanꝙ de graui ⁊ laborioso. eue-
nit ꝙ acediosus tēdit ⁊ laborat ad hoc ꝙ a
sua tristicia se eximat ⁊ liberet seu recedat.
Dupliciter aūt via pōt aliqs a tristicia recedē
Uno mō vt a cōtristātibꝰ recedat. Secūdo
mō vt ad alia in qbus delectari possit trāse
at. Sicut ſm eūdē ph̄m cōiter videtꝰ ꝙ illi
hoīes q̄ nō pn̄t in delectatōnibus spūalibꝰ
gaudere. se trāsferūt ad delectatōnes corꝑa
les. Respectu p̄mi mēbri. in recessu seu fu-
ga a ɔtristātibꝰ. talis ꝓcessus attēditꝰ. Nā
primo hō ipa cōtristātia fugit. Scđo inter-
dum vltra ꝓgreditꝰ ita vt ipa que tristiciaȝ
ingerūt impugnet. Respectu iterum primi
istoꝝ duoꝝ. s. fuge cōtristantiū bona spūa-
lia de qbus acedia tristatꝰ: sunt vel ipē finis
s. deus. vel ea bona q̄ ordinantꝰ ad ipm̄ fi-
nem. Fuga aūt ipius finis fit ꝑ despatōeȝ.
Eoꝝ aūt bonoꝝ q̄ sunt ad ipm̄ finē: siqdeȝ
sint ardua. vtputa ea q̄ subsunt ɔsilijs euā
gelicis. fuga fit ꝑ pusillanimitatē. Si vero
nō sint ardua sed solū que ꝑtinēt ad cōem
iusticiā. fuga fit per torporem circa p̄cepta.
¶ Respectu secūdi istoꝝ duoꝝ dupliciter fit
ipsoꝝ bonoꝝ spūaliuȝ impugnatio. Qn̄qȝ
em̄ fit indirecte. cōtra scȝ hoīes qui ad ipsa
bona spūalia inducūt. ⁊ tūc ē rancoꝛ. Qn̄-
qȝ ꝟo vlteriꝰ se extēdit directe scȝ ad ipa etiā
spūalia bona q̄ contristant. In quoꝝ dete-
statione aliqs ex ipa tristicia adducitꝰ. ⁊ tūc

est ꝓprie malicia. ¶ Respectu secūdi mem
bri principalis inꝙtuȝ scȝ aliquis ꝓpter tri
sticiam bonoꝝ spūaliū se ab ipis bonis spi
ritualibꝰ ad delectabilia exteriora transfert /
ponitꝰ filia acedie / euagatio mētis circa illi-
cita. ¶ Est tn̄ hic aduertēdū vt clarius p̄-
dicta intelligantꝰ ꝙ malicia nō capitꝰ hic in
sua generali acceptōe / ſm q̄m ē quoddā ge
nus oīm vicioꝝ. sed capitꝰ ꝓ q̄dā ꝑticulari
malicia q̄ quis vt tactū ē bona spūalia im-
pugnat inꝙtuȝ ex ipis ɔtristatꝰ. Silr ran-
coꝛ nō accipitꝰ hic vt cōitꝰ accipitꝰ. s. ꝓ odio /
sed ꝓ q̄dā animi radicata indignatōe / qua
quis ɔ̄ hoīes ipm̄ ad bona spūalia inducē
tes mouetur / inꝙtum scȝ illa bona spūalia
ipm̄ cōtristāt. ¶ Est etiā notādū ꝙ Isido
rus aliā differētiā quā vt supra tactū est po
nit seu assignat inter tristiciaȝ seu acediam.
Alias etiā ipius tristicie. ⁊ acedie filias assi
gnat. Nā tristicie ponit q̄tuoꝛ esse filias / q̄
sūt rācoꝛ pusillanimitas. amaritudo. despa
tio. Acedie ꝟo septē ponit eē filias q̄ sunt.
ociositas. somnolētia. importunitas mētis
curiositas. ꝟbositas. inqetudo. corꝑis in-
stabilitas. Sȝ iste filie sic ꝑ Isidoꝝ assigna
re reducuntꝰ ⁊ in effectu idē sunt cū illis q̄s
Grego. assignat. Nā priꝰ Greg. ponit ran-
corē esse filiā acedie quaȝ ⁊ tristiciā noīat. ⁊
sic q̄ ad hoc Isido. cū eo ɔcordat. Silr ⁊ re
spectu amaritudīs. qꝛ ē ꝓprie qdā effectus
rancoris. Quo ꝟo ad pusillanimitatē Isi-
do. silr cū Grego. in effectu ɔcordat licȝ va
rio mō. Ociositas aūt ⁊ somnolēta q̄s as-
signat Isido. filias acedie cōprehēduntur
⁊ reducuntꝰ ad torporē circa p̄cepta. quā as-
signat Grego. filiā acedie. Nā ociosus in
bono spūali p̄cepta p̄termittit. somnolētꝰ
vero ea negligēter implet. Alie ꝟo qnqȝ fi-
lie q̄s assignat Isiđ. ex acedia oꝛiri ꝑtinētꝰ ⁊
reducuntꝰ ad euagatōeȝ mētis circa illicita
quā ponit Grego. filiā acedie. q̄ qdē euaga
tio ſm qđ in ipa arce mentis residet. volen
tis se importune ad diuersa diffundere vo-
catur importunitas mētis. Secundū autē
ꝙ illa euagatio mentis ꝑtinet ad vim co-
gnitiuam dicitꝰ curiositas. Inquātum au
tem se vagando diffundit ad locutionem
dicitur verbositas. Inquātum vero respi-
cit vagationem corporis / per quā cōmuni
ter indicatꝰ vagitas mentis hoc contingit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

dupliciter. Uel respectu corpis in eodē lo-
co manētis. sed per varios ⁊ inordinatos
mēbroꝝ motus se vage ⁊ instabiliter agen-
tis ⁊ tunc est inquietudo corpis. Uel respe
ctu corpis se per diuersa loca vage agitātis
seu discurrentis. ⁊ tunc est instabilitas licet
etiam instabilitas possit ſm vagā ⁊ incon-
stantem mutabilitatē ⁊ variationē ꝓposi-
ti accipi. Et sic patet ꝙ Grego. ⁊ Jsidorus
in effectu cōcordant. ¶ Est tamē ꝓ clario
ri dictoꝝ intellectu aduertēdū ꝙ nō omīs
motus acedie est peccatū. imo frequēter in
viris sanctis inueniūt̃ aliqui imꝑfecti mo
tus acedie. Motus enī acedie quādoqꝫ est
in sola sensualitate ꝓpter repugnantiā car
nis ad spiritū. ⁊ tūc est solū peccatū venia-
le. Quādoqꝫ vͦ ꝑtingit vsqꝫ ad rationem
que cōsentit in fugā ⁊ in horrorē. ⁊ detesta-
tionem boni diuini. carne oīno cōtra spiri-
tum ꝑualente. ⁊ tūc acedia est peccatū mor
tale. ¶ Est etiā aduertendū ꝙ vbi in supe
rioribus dictū est acediā esse tristiciā de bo
no spūali. non est accipiendū bonū spūale
cōmuniter. q: tunc acedia nō haberet ratio
nem specialis vicij. cū omne viciū refugi-
at spūale bonū virtutis sibi opposite. Silr̄
etiā inq̄tum acedia refugit bonū spūale ꝓ
ut est laboriosum vel molestū corpi. aut de
lectationis impeditiuū. non distinguit̃ ab
alijs vicijs carnalibus. qbus aliquis quie
tem ⁊ delectationē corpis querit. Sed pro-
prie acedia. dum viciū speciale ponit̃. put
hic/ est tristicia mētalis/ de bono spūali di-
uino. vel in bonū diuinū ordinato. ea sola
ratione/ q: in bonū diuinū ordinat̃. cū con
sensu rationis in ipsius boni fuga horrore
⁊ detestatione. Nam mentē hoīs adeo
oportet bono diuino de necessitate inhere
re. vt nō contristet̃ fugiat. horreat. seu dete
stetur ea q̄ sibi ꝓpt̃ deū iminēt faciēda.

De vicio seu pecca 3 to auaricie. Et quare dicat̃ idoloꝝ ſuitus.

h Unc transeundū est ad declara-
tionem auaricie que sic ſm Tu
lium describit̃. Auaricia est im-
moderatus amor habendi. Se-
cundū vͦ Bern̄. sic describit̃. Auaricia est
quarūlibet rerum insatiabilis ⁊ inhonesta
cupido. Auaricia ſm apl̄m dicat̃ idolorū
seruitus. q: auarus ꝓprie in effectu ⁊ ope
exhibet creature scꝫ pecunie illud qd̕ debe-
ret creatori. ⁊ precipue fidem spem ⁊ dilec-
tionē. Nam ibidē tanq̄ in eo vnde sibi spe
ciale auxiliū ꝓuenturū credit suā principa
liter spem cōstituit. exinde in ardorē dilectō
nis trāsit. Et in hoc specialiter rep̄hendun
tur auari q: rei vilissime. s. pecunie que de
terra venit ⁊ accipit̃ ⁊ ꝓprie terra est. quaꝫ
natura infimā ordinauit/ tantū amorē suū
exhibent ⁊ impēdunt. Et hinc in Eccl̄. di-
citur ꝙ auaro nihil ē scelestius. Et hoc ꝓ-
pter quatuor causas. Prima quia vix ē sce-
lus seu viciū ad qd̕ ꝑpetrandū auaricia nō
inducat. vt sunt furta. homicidia. ꝓditio-
nes. ꝑiuria. ⁊ cetera hmōi. ¶ Secundā q:
est contra legeꝫ nature seu humanitatis q̄
q̄sq̄ alteri tenet̃ qd̕ sibi vellet fieri. ¶ Ter-
tia q: est contra legē vniuersaleꝫ in omnibꝰ
rebus existentē. per quā se dari ⁊ cōmunica
ri volunt. immo quodāmodo cōpellunt.
Auari vero eas captiuas detinēt ne cōmu
nicari possint. Quarta est cōtra legem diui
nam scriptā. Unde Luc. vj. Estote miseri
cordes sicut ⁊ pater vester misericors est.
¶ Utrū aūt liceat cuiq̄ thesauros conde-
re. Notandū ꝙ dupliciter thesaurisari po-
test. Uno modo ex affectu auaricie. absqꝫ
omni intētione necessitatis ꝓprie vel alie-
ne. ⁊ hoc modo thesaurisare omnibus ē ꝓ
hibitū Alio modo thesaurisari potest ex ꝓ
uidentia. ⁊ hoc iterū dupliciter. Uno mo-
do vel cōsideratione necessitatis ⁊ sic cōce-
ditur parētibus secularibus. ob necessitatē
filioꝝ educandorū. vel filiarum coniugio
tradendarū nō tamen ditandarū. sed debi
to seruato modo iuxta statuꝫ ꝑsone. Alio
modo ex consideratione publice vtilitatis.
vtputa regni defendēdi. vel cultus dei am
pliandi. ⁊ sic cōcessum est regibus ⁊ domi-
nis tempalibus thesaurisare. Personis ve
ro ecclesiasticis ꝑticularibus proprie nun-
q̄ thesaurisare licet. nec etiam pecuniā tene
re/ intentione seruandi. Unde Amb. Au-
rū habet ecclesia: nō vt seruet sed vt eroget
¶ Ex p̄dictis patet ꝙ duplex est amor pe-
cunie temporaliū. Unus respectu necessi-
tatis. Alius respectu sup̄flui. Contra pri-
mum ꝓhibet dominus p̄focantē solicitu-
dinem. Contra scd̄m ꝓhibet thesaurisatio

nem. ¶ Auaricie autē per Greg. xxxi. lib.
moral. septem assignant͛ filie. que sunt pro
ditio. fraus. fallacia. piurium. inquietudo
violentia. contra misericordiā obduratio.
Quarū numerus siue sufficientia sic sumi
potest. Auaricia vt dictuꝫ est. est sup͛fluus
amor habendi diuitias. Ista ergo sup͛flui
tas seu excessus / aut est in ipas diuitias re-
tinendo. ⁊ ex hoc orit͛ obduratio cōtra mi
sericordiā. qua. s. cor hoīs miscđia nō emol
litur vt de diuitijs suis subueniat miseris
⁊ indigētibus. Aut iste excessus seu super-
abundantia est in accipiēdo seu in acquirē
do pecunias. Quod iterū potest considera
ri dupliciter. Vel. s. inq̃tum est in affectu
vel inq̃tum est in ope seu effectu. Si pmo
modo. s. q̃tum est in affectu. sic ex auaricia
oritur inquietudo. inq̃tuꝫ. s. auaricia inge-
rit homini nimiā solicitudinē curasq; sup
fluas. Auarus eni vt dicit͛ Eccl. v. nō im-
pletur pecunia. Si scđo modo scꝫ inq̃tuꝫ
est in ope seu effectu. ⁊ hoc iterū dupliciter
cōtingere potest. Vel enī in ista imoderata
⁊ indebita acquisitione vtit͛ quis vi vel do
lo. Si vtat͛ vi tūc est violentia. Si vtat͛ do
lo hoc iteruꝫ tripliciter fieri potest. Vel enī
fit ipē dolus in verbo. Et siquidē verbum
sit simplex tūc est fallacia. Si aūt ipi verbo
addat͛ cōfirmatio iuramēti tunc est piuriū
Si autem cōmittat͛ ipē dolus in ope tunc
vel erit quātum ad res. ⁊ sic est fraus. Vel
erit quātum ad psonas ⁊ sic est ꝓditio. vt
patet de iuda qui per auariciā ꝓdidit xp̄m
¶ Isidorus autem nouē ponit filias aua
ricie. que sunt mēdaciū. fraus. furtum. piu
rium. turpis lucri appetitus. falsum testi-
moniū. violentia inhumanitas. rapacitas
Et sic apparet q̄ Isidor⁹. tres ponit filias
auaricie quas etiā Grego. ponit. ⁊ sex đ q̄-
bus Grego. nullā facit mentionē. Sꝫ qui
debite considerat iste sex filie quas sic assi-
gnat Isidorus. reducunt͛ ⁊ comp̄hendun
tur sub illis quas assignat Grego. Nam
mendaciū ⁊ falsum testimoniū que ꝓprie
non differunt ab inuicē nisi sicut genus et
species. etenī falsum testimoniū nihil aliđ
est q̄ quedā specificatio mēdacij / cōtinent͛
sub fallacia. sicut ⁊ furtū que est qͥedā spe
cificatio fraudis continet͛ sub fraude. Ap-
petitus autē turpis lucri ptinet ad inq̃etu-
dinem ⁊ sub ea comp̄hendit͛. Rapacitas
autem cū sit species violentie sub violētia
continet͛. Inhumanitas v̄o idem est pro-
prie qđ induratio contra miscđiaꝫ. ¶ Est
etiam notandū q̄ auaricia que ꝓprie ē im
moderata cupido circa diuitias ⁊ speciali-
ter pecunie. ex eo qꝛ per pecuniā oīa alia
habent͛ ⁊ recupant͛ iuxta qđ dicit͛. pecunie
obediūt omnia. dupliciter pōt considerari
Uno modo circa acceptionē ⁊ acq̄sitionē
pecuniaꝝ inq̃tum. s. aliquis pecuniā acq-
rit vltra debitū aliena surripiēdo vel inde-
bite retinēdo. Et hoc modo opponit͛ aua
ricia iusticie. Alio modo cōsiderari potest
ꝓut importat īmoderantiam circa interio
res affectiones diuitiaꝝ. puta cum quis ni
mis amat vel desiderat diuitias aut nimis
delectat͛ in eis. etiā si forsan nō velit capere
aut retinere aliena. Et hoc mō auaricia op
ponit͛ liberalitati que hmōi affectōes mo-
derat͛. Et licet vterq; istoꝝ modoꝝ hic acci
pitur / magis ꝓprie tn̄ auaricia scđo modo
accipit͛. ¶ Est etiā notādū q̄ ph̄s in Eth.
multa ponit genera hominū viciosorū vi-
cijs ad auariciā spectātibus. que sub filia-
bus supra enumeratis nō vident͛ cōprehē
di. videlicet. parcos tenaces. kimibiles. illi
berales opatōes opantes. de meretricō pa
stos. vsurarios. aleatores. mortuoꝝ spolia
tores. latrones. Sed circa hoc tā p iā dict͛
q̄ ꝓ dicēdis ē aduertēdū q̄ licet in cōi vsu
loquēdi idē reputet͛ aliqđ peccatū esse filiā
alicui⁹ alteri⁹ vicij seu peccati ⁊ eē ei⁹ speciē.
est tamē magna dr̄a. ita q̄ aliud ē peccatū
habere filias ⁊ aliđ peccatū habere species.
Spēs enī alicui⁹ peccati seu vicij capitalis
optet sp ad idē gen⁹ vicij ptinē. Filias v̄o n̄
īmo ad finē alicui⁹ vicij pn̄t etiā pctā alteri⁹
generis ordinari ⁊ ex eo oriri. Illa aūt pctā
q̄ sic ex alio oriūt͛ ⁊ ad ipm ordināt͛ f̄m ap
petitū finis. ꝓpē dicūt͛ ei⁹ filie. sic grā exem
pli in materia pn̄ti. Proditio ⁊ fallacia po
nunt͛ ⁊ debito filie auaricie. qꝛ ex ipa oriūt͛
p̄cipue f̄m appetitū finis vt qn̄. s. fit ꝓditō
vel fallacia ad pecunias ⁊ diuitias acqren-
das. Et tn̄ ꝓditio ⁊ fallacia p se cōsiderate
nō sūt ꝓpē spēs auaricie nec ꝓpē ad gen⁹
auaricie ptinēt. Ad ꝓpositū igit͛ reuertēdo
illa q̄ (vt tactū ē) ponit ph̄s sūt magis spēs
auaricie q̄m illiberalitatē vocat q̄ sunt ei⁹ fi

lie. licet tñ aliqui eoꝝ possint ad filias supra
enumeratas reduci. vt sub ipsis effectualit̃
cõprehẽdant̃ vtputa latrociniũ sub fraude
parcitas ⁊ tenacitas sub obduratõe cõtra
misc̃diã etiã sic ad auariciã ptinere vident̃
Potest em̃ aliqs illiberalis seu auarus dici
ex eo ꝙ deficit in dãdo. Et siquidẽ qꝛ parũ
dat vocat̃ pcus. si aũt qꝛ nihil dat. tũc dicit̃
tenax. si aũt qꝛ cum magna difficultate dat
tunc vocat̃ kimibilis q̃si kimi venditor. qꝛ
s. de puis / magnã vim facit. ¶ Qñꝗ etiã
dicit̃ illiberalis vel auarꝰ qꝛ excedit in acci-
piendo. Et hoc iterũ dupl̃r. Uno modo
qꝛ turpiter lucrat̃. vel. s. vilia ⁊ seruilia opa
per illiberales opatões exercẽdo. Uel qꝛ d̃
aliqbus viciosis actibꝰ lucrat̃. sicut de mere
tricio vel aliq̃ hmõi. Uel qꝛ lucratur de eo
qd̃ gratis deberet cõcedere. sicut vsurarij.
Uel qꝛ lucrat̃ parũ cũ multo labore. Alio
modo qꝛ iniuste lucrat̃ vel de viuis vim in
ferẽdo. sicut latrones. vel mortuos spolian
do vel ab amicis p deceptõz auferẽdo sicut
aleatores. Et intellige hec oĩa iuxta sup̃ ta-
cta qñ. s. ex ĩmoderato amore lucri fiũt seu
ꝓcedũt. Et sic ptꝫ ꝯcordantia eoꝝ que po
nit phs cũ illis q̃ ponit Greg.

De vicio seu peccato gule.

Nunc dicendũ est de vicio gule.
Que sic ƀm Aug. describit̃ Gu
la est immoderata cibi auiditas.
Uel sic gula ẽ vorax edacitas. nature fini-
bus nõ ꝯtenta. Et ẽ aduertẽdũ ꝙ gula nõ
dicit seu denoĩat quẽlibet appetitũ edendi
vel bibẽdi sed solũ inordinatũ. Quia ex eo
inordinatus dicit̃ ꝙ recedit a debito ordĩe
rõnis. Nec viciũ gule in substãtia seu quã-
titate cibi ꝓprie cõsistit sed in cõcupiscentia
nõ regulata rõne. Et ideo si aliqs excedat
in quãtitate cibi / nõ ꝓpter ꝯcupiscentiã sed
qꝛ illud sibi necessariũ esse existimat / hꝰ nõ
ptinet ad viciũ gule. sed ad aliquã impiciã
Sed tũc ptinet ad gulã. qñ aliquis ꝓpter
cõcupiscẽtiã cibi delectabilis / scienter exce-
dit mensurã edendo. Et hic accipit̃ cibus
etiã ꝓ potu. ¶ Notandũ insup ꝙ Greg.
xxx. lib. moral̃. v. esse species gule assignat
sub his v̾bis. Sciendũ est. qꝛ quinꝗ nos
modis viciũ gule temptat. Aliqñ nãꝗ in-
digentie tpa ꝑuenit. Aliqñ ordinẽ tpis se-
quit̃. sed cibos lautiores querit. Aliquan
do etiã quelibet sumẽda ꝑparari accuratiꝰ
expetit. Aliqñ autẽ ⁊ qualitati ciboꝝ ⁊ tpi
cõgruit. sed in ipa quãtitate sumẽdi. men-
suram refectionis excedit. Nõnunꝗ̃ vero
⁊ abiectiꝰ est qd̃ desiderat. ⁊ tamen ipo estu
ĩmensi desiderij deteriꝰ peccat. Et cõtinent̃
in hoc v̾su. Pre ꝓpere laute nimis ardẽter
studiose. Quarũ specierũ numerus ⁊ suffi-
cientia sic sumi põt. Gula vt dictũ ẽ impor-
tat inordinatã ꝯcupiscẽtiã edendi. In esu
autẽ duo ꝯsiderant̃. s. vel ipe cibus q̃ sumi-
tur. vel ipa eius sumptio. Respectu pmi. s.
ipius cibi q̃ sumit̃ / triplex põt ꝯcupiscentie
inordinato ꝯtingere. s. vel q̃tũ ad substã-
tiam cibi. vel q̃tũ ad qualitatẽ cibi. vel q̃-
tum ad quãtitatẽ cibi. Quãtũ ad primum
cõtingit cõcupiscẽtie inordinatio qñ scꝫ q̃-
runt̃ cibi lauti. i. ꝑciosi. Et tũc est secunda
species supra posita. denotata p illud v̾bũ
versus supra positi. laute. Quãtũ ad scd̃m
cõtingit cõcupiscẽtie deordinatio qñ scꝫ ci-
bi nimis accurate ⁊ delitiose prepant̃. Et
tunc est tertia species supra assignata. deno
tata p illud verbũ studiose: versus ꝑnomi-
nati. Quãtum ad tertiũ cõtingit cõcupiscẽ
tie deordinatio. qñ excedit̃ in nimis come-
dendo. Et tũc est quarta species supra assi
gnata. denotata per hoc verbũ. nimis. Re
spectu secundi mẽbri principalis / scꝫ ipius
sumptionis cibi. potest dupliciter concupi
scentie inordinatio cõtingere. s. vel quãtũ
ad tempus ipius sumptionis vel quãtum
ad modũ. Quãtum ad primũ cõtingit con
cupiscentie inordinatio. quãdo ꝑuenit̃ de-
bitum tempus seu debita hora comedẽdi
Et tunc est prima species supra assignata.
denotata per hoc verbũ ꝑpropere. Quãtũ
ad secundũ contingit cõcupiscentie inordi
natio. s. quãdo nõ seruat̃ debitus modus
in edendo. Et tunc est prima species supra
assignata. denotata per hoc verbũ ardẽter.
¶ Notandũ insup ꝙ Grego. xxxj. li. mo
ral̃. quinꝗ assignat gule filias que sunt. in
epta leticia. scurrilitas. immũdicia. multi-
loquium. hebetudo sensus circa intelligen
tiam. Quarũ numerꝰ seu sufficientia sic su-
mi põt. Gula vt supra tactũ ẽ ꝓprie ꝯsistit
circa ĩmoderatã cõcupiscentiã que est in ci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

bis ⁊ potibus. Et ideo illa vicia que ex immoderata ꝯcupiscentia cibi ⁊ potus consequūtur seu oriunt̄. computant̄ inter filias gule. Ipa autē vicia que ex imoderata ꝯcupiscentia cibi ⁊ potus insurgūt seu oriunt̄ cōsiderant̄ dupliciter. Vel insurgūt ex pte anime vel insurgūt ex pte corporis. Si insurgunt ex pte anime hoc potest cōtingere quadrupliciter. s. vel primo q̄tum ad ratōnem. cui⁹ acies ex cibi ⁊ potus imoderātia hebetat̄. ꝓpter. s. ciboꝝ ⁊ vini fumositates / caput hoīs ꝑturbantes. Et hinc ponitur filia gule ebetudo sensus seu mētis circa intelligentiā. sicut ⁊ ecōtrario abstinētia confert ad sapientie ꝑceptionē. Vel scđo q̄tuꝫ ad vim appetitiuā seu appetitū. qui sopito gubernaculo rationis ꝑ ipam cibi ⁊ potus imoderantiaꝫ multipliciter deordinat̄ ⁊ in varias trāsit dissolutiones. Et hinc ponit̄ inepta leticia filia gule. ex eo ꝙ oīes inordinate passiones ad leticiā ⁊ tristiciaꝫ ordinantur vt dicit phs. Vel tertio q̄tuꝫ ad inordinationē discretionis circa debitū modum ꝓferendi verba. qui frequētissime ex imoderātia cibi ⁊ potus cōtingit. Et hinc multiloquiū assignat̄ filia gule. Iuxta qđ dicit Greg. in pastorali. Nisi gule deditos imoderata loquacitas comitaret̄ / diues ille qui epulatus quotidie splēdide dicit̄ in lingua grauius nō arderet. Vel quarto q̄tum ad inordinationē discretionis circa gestus ⁊ actus exteriores. Nā sicut ex imoderantia cibi ⁊ potus ꝓuenit in ipa discretione defectus ⁊ inordinatio circa debitā ⁊ moderatā ꝓlationē verboꝝ. ita silr̄ ꝓuenit in ipa discretōne deordinatio circa exteriores gestus. Et hinc ponit̄ scurrilitas filia gule que est quedā vana iocularitas querēs homines ad risum ⁊ cōplacentiā cōmouere. ex defectu discretionis seu debite ꝓuisiōis ꝓueniens. Quātum aūt respectu scđi mēbri principalis de vicijs. s. que ex pte corporis insurgūt. certuꝫ est ꝙ ex ipa inordinata ⁊ immoderata cibi ⁊ potus ꝯcupiscentia ⁊ sumptione / frequētissime sequūtur emissiones inhoneste supfluitatuꝫ. Et hinc est ꝙ imūdicia ponit̄ filia gule. ¶ Est tamē aduertendū ꝙ si ex ipa supfluitate cibi ⁊ pot⁹ / contingat emissio supfluitatū per moduꝫ seminis naturalis. tunc imūdicia licet etiā ad gulam ꝑtinere videat̄ / inq̄tum scꝫ materiā ministrat. magis ꝓprie tn̄ pertinet ad peccatū libidinis seu luxurie. Si cōtingat emissio aliarū supfluitatū. vt vomit⁹ ⁊ vacuationū fetidarū ⁊ hmōi. tūc imūdicia ꝓprie ad viciū gule ꝑtinet. ¶ Est etiā aduertendū ꝙ hebetudo q̄tuꝫ ad eligibilia / non est ꝓprie filia gule. imo cōiter in omni peccato inuenit̄. Sed hebetudo sensus circa speculabilia / maxime etiā ex gula ꝓuenit / ꝓpter rationē iam tactā scꝫ ꝓpter fumositates caput ꝑturbātes. ⁊ tunc ꝓprie est filia gule. Silr̄ leticia que est de actu peccati. iuxta illud Prouerb. ij. ca. Letant̄ cum male fecerint. ⁊ que ꝓprie ex habitu peccandi ꝓcedit / nō est filia gule imo ad omne peccatum cōsequi pōt. Sed illa leticia que est vaga dissoluta ⁊ incōposita / qđ importat hoc verbuꝫ inepta. maxime orit̄ ex inordinata sumptione cibi ⁊ potus ⁊ isto modo assignatur filia gule. Silr̄ est quedā scurrilitas que ex volūtate seu appetitu luxurie ⁊ quedam ex appetitu inordinato lucri seu pecunie ꝓcedit. dum scꝫ queritur ꝑsona ꝑ quādam vanam iocularitatē / ad risum seu cōplacentiaꝫ ꝓmoueri. vel ad ipsam facilius ad actum venereū ꝓmouendū. vel ad aliquid cōmodi ab ea cōsequendū. ⁊ istis modis magis ꝑtinent ad illa vicia scꝫ luxurie ⁊ auaricie. Sed illa scurrilitas que ex imoderata cōcupiscentia ⁊ sumptione cibi ⁊ potus ꝓcedit iuxta modū satis supra declaratum est ꝓpria filia gule.

De vicio seu peccato luxurie.

(s) Equit̄ de luxuria que sic describitur. Luxuria est ex imūdis desiderijs veniens lubrica mentis ⁊ carnis ꝓstitutio. Scđm alios sic describit̄. Luxuria ē libidinose voluptatis / appetitus. Et intelligas hūc libidinosum appetitū quādo est ex cōsensu ratōnis sic scilicꝫ ꝙ ipa ratio cum cohibere posset. nō tamē cohibet / q2 tunc talis libidinosus appetitus est peccatū mortale. Adhuc ꝺm alios sic describit̄. Luxuria est corpis incōtinētia ex pruritu carnis originē cōtrahens. ¶ Notandū ꝙ sicut sepe supra dictū ē. magna differentia ē ponere aliqđ peccatū filiā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

alterius vicij ⁊ illud ponere eius speciem.
Quod manifeste apparet in isto vicio seu
peccato luxurie. Naꝫ vt clare videbit̄ istud
viciū aliq̄ habet pctā tanq̄ filias ea scꝫ q̄ ex
eo oriunt̄ p̄cipue ꝫm appetitū finis. Licet
tn̄ ꝫm ꝓpriū esse ad ip̄m viciū: nō ꝑtineāt
Habet etiā spēs q̄ ꝓprie ad ip̄m luxurie vi
ciū ꝑtinēt. ¶ Octo igit̄ ꝫm Greg. xxxj. li.
moral. assignant̄ filie luxurie. s. cecitas mē-
tis. incōsideratio. inconstantia. p̄cipitatio.
amor sui. odiū dei. affectus p̄sentis seculi.
horror seu desperatio futuri. ¶ Quarū nu
merus seu sufficiētia sic sumi pōt. Certū ē
q̄ ꝫm doctrinā pħoꝝ qn̄ inferiores anime
vires seu potētie ad sua vehemēter obiecta
afficiunt̄ ⁊ se applicāt, ꝯseqnēs est q̄ supio
res anime vires in suis actibꝰ impediantur
seu deordinent̄. Maxime aūt ꝑ viciū luxu
rie / appetitꝰ ꝯcupiscibilis q̄ est vna de infe-
rioribus potētijs aīe vehemēter afficiat̄ ⁊ in-
tendit suo obiecto. s. delectabili venereo. ꝓ
pter suā scꝫ vehemētiā delectatōnis. Ex q̄
cōsequēs ē ⁊ cōiter ꝯtingit q̄ maxime ꝑ co
cupiscentiā luxurie. rō ⁊ volūtas q̄ sunt su
periores aīe vires / impediunt̄ seu deordi-
nant̄. ¶ Rōnis aūt quatuor sunt actus in
agēdis. Primꝰ qdē actus ē simplex intelli-
gentia q̄ ip̄a ratio aliquē finē apph̄ēdit vt
bonū. Et hic actꝰ ꝑ ꝯcupiscētiā luxurie im-
pedit̄. Iuxta illud Dan̄. xiij. Spēs decepit
te. Et illud. Cōcupiscētia subuertit cor tu-
um. Et q̄tū ad hoc ponit̄ filia luxurie ceci
tas mētis. Scd̄s actus rōnis est cōsiliū de
his q̄ sunt agēda ꝓpter finē. ⁊ hic etiā actꝰ
per ꝯcupiscētiā luxurie impedit̄. Et q̄tum
ad hoc ponit̄ filia luxurie p̄cipitatio q̄ ꝓut
hic sumit̄ importat subtractōnez ꝯsilij. qn̄
scꝫ hō ex luxurie vehemētia ꝑ impetū volu
ptatis seu passiōis. nō adhibito cōsilio ad
aliqd agēdū subito ⁊ inordiate fert̄. Tertiꝰ
actꝰ rōnis ē rectū iudiciū de agēdis. Et hic
etiā actꝰ ꝑ ꝯcupiscētiā luxurie ip̄edit̄. Vt d̄
senibꝰ luxuriosis dr̄ Dan̄. xiij. Auerterunt
sensuꝫ suū vt non recordarent̄ iudicioꝝ iu
stoꝝ. Et q̄tū ad hoc ponit̄ filia luxurie: in
cōsideratio. q̄ ꝓut hic sumit̄ importat de-
fectū recti iudicij. qn̄. s. hō ex luxurie vehe-
mētia. in recte iudicādo deficit. q̄r scꝫ ꝯtem
nit vel negligit attēdere ea ex q̄bꝰ rectū iudi
ciū ꝓcedit. Quartꝰ aūt rōnis actꝰ ē p̄ceptuꝫ
qd̄ ip̄a rō facit de aliqd agēdo. Et iste etiaꝫ
actꝰ ꝑ ꝯcupiscētiā luxurie impedit̄. inq̄tuꝫ
s. hō ex impetu ip̄ius ꝯcupiscētie impedit̄
ne exequat̄ illud qd̄ rō decernit eē faciēdū.
Et ꝫm hoc ponit̄ filia luxurie incōstantia
q̄ ꝓut hic sumit̄ importat recessuꝫ a bono
ꝓposito ⁊ ꝯcepto ꝓpt̄ aliqd qd̄ inordinate
placet qd̄ maxīe causat vehemētia luxurie.
ꝑ quā hō trahit̄ ad repudiādū qd̄ recte pri
us acceptauerat. qd̄ ex sui defectu venit. q̄r
cū possꝫ illi ip̄ulsui luxurie resistē nō resistit
eo scꝫ q̄ nō tenet firmit̄ ⁊ ꝯstanter se in bo
no ꝯcepto. Ita q̄ cecitas mētis ē defectus
circa actū simplicis intelligētie. Precipita-
tio ē defectꝰ circa actū cōsilij. Incōsideratō
est defectꝰ circa actū iudicij. Incōstātia ē de
fectus circa actū p̄cepti. Qui sunt q̄tuor pri
cipales actꝰ rōnis circa agibilia q̄ maxime ꝑ
delectatōez q̄ in actibꝰ venereis est: que to-
tam aīam absorbet impediunt̄ vt tactū est
¶ Ex ꝑte aūt volūtatis / duplex ē actꝰ queꝫ
per ꝯcupiscētiā luxurie deordinari ꝯtingit
Unus ē appetitꝰ finis. Et q̄tuꝫ ad huius
actus deordinatōnez ponitur filia luxurie.
amor sui. Inq̄tuꝫ. s. hō ꝓ venerea delecta
tione quā inordinate appetit ⁊ ꝯcupiscit se
ip̄m inordinate diligit. ⁊ ea q̄ ad dictā dele-
ctatōez seu cōplacētiā ꝯferūt sibi ꝓcurat et
querit. ¶ Et ꝑ oppositū respectu ip̄iusmet
actꝰ volūtatis ponit̄ alia filia luxurie. odiū
dei. Qd̄ importat quādā dei ac suoꝝ man-
datoꝝ in aīo displicētiā ⁊ ꝯtēptū. inq̄tū. s.
ip̄am delectatōez venereā sic ꝯcupitā / ꝓhi
bet. ¶ Alius actꝰ voluntatis ē appetitꝰ
eoꝝ q̄ sunt ad finē. Et q̄tuꝫ ad huiꝰ actꝰ de-
ordinatōez ponit̄ filia luxurie. affectꝰ p̄ntis
seculi. Inq̄tuꝫ. s. hō ꝓ ampliꝰ ⁊ diutius ve
nerea delectatōe ad sui libituꝫ fruēdo / p̄ns
seculū. ⁊ ea q̄ in eo sunt / inordinate diligit ⁊
in eis cōplacet. ¶ Et ꝑ oppositū respectu
istiusmet actꝰ ponit̄ alia filia luxurie. despe
ratio futuri seculi. Quia dū hō vt p̄fert̄ / ni
mis delectationibꝰ carnalibꝰ detinet̄ / nō cu
rat ad delectatōes spūales q̄ ꝓprie ad gau
dia futuri seculi ꝑtinēt ⁊ dūponūt ꝑuenire
immo eas fastidit ⁊ quodāmodo desperat
¶ Est tamē aduertēdū q̄ Isidorꝰ quatu-
or ponit ex ip̄a luxuria orietia. q̄ sub predi-
ctis filiabꝰ ꝯp̄hēdi nō videt̄. s. turpiloq̄a. v̄
ba scurrilia. v̄ba ludicra stultiloq̄a. Sed q̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.5.7

bene ꝯsiderat p̄dicta q̄tuor sub p̄cedētibus ꝑtinent̄. Nā ipa q̄tuor q̄ sic ponit Isidorꝰ nō sunt nisi q̄dā inordinati actꝰ exteriores. ⁊ adhuc p̄cipue ad locutōeꝫ ꝑtinētes. que ex ipa vi ipiꝰ luxurie aliq̄d inordinatū eē q̄druplicit̄. vel ꝓpter materiā. vel ex ꝑte cause. vel q̄tū ad finē. vel q̄tū ad sniaꝫ. Si q̄tū ad materiā tūc sunt turpiloq̄a. Cū enim ex abūdātia cordis os loquit̄. luxuriosus cuius cor turpibus ꝯcupiscētijs est plenū / de facili in turpia v̄ba ꝓrūpit qđ ꝓprie pertinet ad incōsideratōeꝫ. Ex parte v̄o cause. Cū (vt dictū ē) ꝯcupiscētia luxurie maxie incōsideratōeꝫ ⁊ p̄cipitatōeꝫ causet. consequēs est ꝙ ꝓrūpere faciat in v̄ba leuiter ⁊ incōsiderate dictā que scurrilia dicūt̄. Quātum vero ad finem. Cum luxuriosus ex vi sue ꝯcupiscētie delectatōeꝫ querat. ꝯseq̄ns est vt verba sua ad imoderatā delectationē ordinet. ⁊ sic in verba ludicra ꝓrumpat. q̄ ꝓprie ioculatoria dicunt̄ ad luxuriā maxime ꝑtinentia. Quod ꝓprie ad amoreꝫ sui ꝑtinere videt̄. Quātum vero ad sententiā seu grauitatē verboꝝ. cū ꝯcupiscētia luxurie incōsideratōeꝫ mentis quādam causet. consequēs est ꝙ rectū iudiciū debitaq̄ꝫ grauitatē / in v̄bis impediat. ex quo fit vt luxuriosus in stultiloq̄a ꝓrūpat. vtpote verbis suis delectatōes quas appetit / quibuscūq̄ꝫ alijs rebus p̄ferēs seu p̄ponēs. ¶ Est etiā aduertēdū ꝙ amor sui nō capit̄ hic sub q̄dam sui generalitate. q̄tuꝫ scꝫ se extēdit ad quecūq̄ꝫ bona que aliq̄s sibijp̄i appetit. q̄a isto respectu amor sui non est filia luxurie. imo cōmune oīm peccatoꝝ p̄ncipiū. Sed capit̄ hic quadā speciali acceptōe seu consideratōe. Inq̄tuꝫ scꝫ aliquis ꝓpter suā cōplacentiā ⁊ delectatōeꝫ / inordinate appetit ⁊ cōcupiscit delectabilia carnis venerea. et tūc est ꝓprie filia luxurie. Silr̄ incōstantia inq̄tuꝫ opponit̄ cōstantie. ꝓut ipa cōstantia est ꝑs fortitudinis ⁊ circa ardua ⁊ terribilia versat̄ / nō est filia luxurie. Sed hic ponitur filia luxurie inq̄tuꝫ opponit̄ cōstantie q̄ habet̄ in abstinēdo a delectationibus venereis q̄ ꝓprie ꝑtinet ad ꝯtinentiā. q̄ ponitur ꝑs tēperātie. Et isto mō incōstantia ponit̄ ꝓprie filia luxurie. inq̄tuꝫ scꝫ ex ipiꝰ luxurie ꝯcupiscētia / orit̄ ⁊ causat̄. ⁊ per eaꝫ emollit̄ cor hoīs ⁊ effeminatuꝫ reddit̄. Et ita de alijs supra tactis suo mō. Quia vt supra tactū est non refert aliq̄ vicia ex vno vicio oriri b̄m appetitū finis. ⁊ eadē vicia ad genera alioꝝ vicioꝝ ꝑtinere. ¶ Spēs vero luxurie cōiter assignant̄ septeꝫ. s. simplex fornicatio. stuprū. adulteriū. sacrilegium. incestus. raptus. peccatū ꝯtra naturā. A

Quarū specieꝝ numerus seu sufficiētia sic sumi pōt. Peccatū luxurie in hoc ꝓprie cōsistit. ꝙ aliq̄s delectatōe venerea vtit̄ non b̄m rectā ratōeꝫ ⁊ debitū modū. Qđ q̄dem cōtingere pōt dupliciť. Uno mō respectu materie in q̄ hmōi delectatio querit̄ seu sumitur ꝓut in ea est deordinatio. Alio mō respectu ipius materie q̄ licet debita existat non seruant̄ tn̄ circa eā debite circūstantie. Et q̄r circūstantia de se inq̄tuꝫ scꝫ circūstātia nomē dat seu imponit speciē actui morali. ideo eius spēs nō cōiter a circūstātijs. imo sumit̄ ab obiecto. qđ ē materia actus. ideo oportuit spēs luxurie assignari a parte materie seu obiecti in habēdo scꝫ respectuꝫ ad ipam materiā vel obiectū. Circa ipsam aūt materiā. in qua exercet̄ actus venereꝰ / potest aliquid nō ꝯuenire recte rōni dupliciter. Primo mō respectu ꝓprie esse ipsius materie. scꝫ recipiētis. que ꝓprie in actu venereo ꝓ materia reputat̄ ⁊ recipit̄. inq̄tuꝫ s. ipa materia / repugnātiā habet ad finem debitū. ꝓpter quē actus venereꝰ exerceri debet. eo scꝫ ꝙ ꝑ eā impedit̄ generatio ꝓlis. ⁊ tūc est vna specierū luxurie. s. peccatū cōtra naturā. qđ hic accipit̄ seu sumit̄ ꝓ omi actu venereo. ex quo nō pōt generatio humana sequi. Uel inq̄tuꝫ ipa materia repugnantiā habet ad debitam educatōeꝫ directionē ⁊ ꝓmotōeꝫ ꝓlis iam nate. inq̄tum scꝫ ꝑ eā impedit̄ debitꝰ ordo educatōis directōis ⁊ ꝓmotōis ipiꝰ ꝓlis suscepte ⁊ tūc est alia species luxurie. s. simplex fornicatio Scđo mō inq̄tuꝫ ipa materia in q̄ exercet̄ actus venereꝰ pōt eē nō ꝯueniēs recte rōni Nō quidē ex esse sui seu de directo. sed per quendam indirectū respectū eoꝝ ue circa ipam materiā fiūt tā in se q̄ in ꝯpatōne ad alios hoīes. Et hoc iteꝝ pōt ꝯtingere dupliciter. Quia aūt ꝑ dicto actu venereo cōmittēdo ⁊ exercēdo / infert̄ violētia. ⁊ tūc est alia spēs luxurie. s. raptꝰ. Aut ꝑ dicto actu venereo ꝯmittēdo ⁊ exercēdo n̄ ifert̄ viole

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.5.7

tia. Et hoc iterū ꝯtingere pōt dupl'r. Prio
quidez mō ex ꝑte ipius materie. s. femine.
cui aliqs cōmiscet. q2 scz nō seruat̄ ei debi-
tus ⁊ cōgruus honor. ⁊ tūc ē alia spēs luxu
rie. s. incestus q̄ ē ꝯcubitus cū cōsanguinea
vel affine. in q̄ ipius femine tā respectu sui
sueqꝫ fame ac nomīs. ꝙ in respectu sue ꝓge
niei honorificētia ꝙ plurimū ledit̄. ex quo
apparet ꝙ grauiꝰ sit peccatū incestus ꝙ pec
catū simplicis fornicatōis. Alio mō ex ꝑte
illius in cuiꝰ ꝑtāte est ipa femina. Et hᵒ ite
rum triplicit̄. Vel respectu femine q̄ est in
ꝑtāte viri. ⁊ tūc est alia spēs luxurie. s. adul
teriū / qđ cōmittit̄ cū violatōe matrimonij
Aut respectu femine q̄ est in ꝑtāte pr̄is. et
tūc est stuprū qđ cōmittit̄ in deflorando ⁊
corrūpendo virginē que cōiter in ꝑtāte pa-
tris cōsistit. Aut respectu femīe in speciali.
vt ita dicat̄ dei ꝑtāte exn̄tis tanꝙ. s. suo cul
tui ⁊ s̄uitio specialit̄ deputate ⁊ dedicate. ⁊
tūc est alia spēs luxurie. s. sacrilegiū qđ cō-
mittit̄ cum ꝑsona religiosa ⁊ deo sacrata.
¶ Et aduertat̄ hic ꝓ intellectu p̄missorum ꝙ spēs supradicte luxurie magꝭ ex B
parte femīe diuersificari ponūt̄. ꝙ ex parte
viri. q2 in actu venereo femīa se habet qua
si patiens / ⁊ ꝑ modū materie. vir aūt ꝑ mo
dum agentis. Et vt supra tactū est / species
luxurie nō p̄nt ꝯueniēter nisi s̄m dr̄am seu
diuersitatē materie assignari. Quia diuersi
tas materie habꝫ annexā diuersitatē forma
lem obiecti q̄ accipit̄ s̄m diuersos modos
